

VERS. 10. — Nubes quoque recessit, non procedendo et praecedendo; sic enim signum fuisset movenda esse castra: sed ascendendo supra tabernaculum, sic enim signum erat Dei irati, et abeantis à Marià et Aaron.

ET HOC MARIA APPARUIT CANDENS LEPROA QUASI NIX. Vide hic lepram esse penam rebellionum et murmurum contra prelatos, ut dixi Levitici 15, initio. Porrò congrua haec est murmuris pena; nam murmur instur leprae proserpit, et inficit totum corpus, puta totam congregationem et castrum. Unde sicut leprosi, Levit. 15, jubentur esse castris ejici, et seorsim extra castra habitare, ita ejicitur hic à castris murmuratrix Maria, ne illa suo murmure sanàque lepra inficiat. Audi S. Ephrem agentem de morbo lingue: *Ex terrimà, inquit, Mariae prophetissae lepra docemur, quàm grave ac detestabile vitium sit obrectatio. Corpus, quòd lepra infectum cerebatur, velut speculum quoddam fuit animae, quae non perspiciebatur, cujus indicibatur maculam. Ex illà carnis corruptione patefactum est, quomòdò hominis detractoris corrumpatur animus; nam sicut illa defecerat à fratre suo, ita et ab ipsà proprium corpus defecit, ut ex aemetipsà charitatem adidderet. Vide Orig. hic hom. 7, item S. Chrysost. hom. in Ps. 100, ubi inter cætera ait: Grave malum est detractio, turbulenta daemon, nec unquam peccatum hominem reddens. Ex eò odia pullulant, jurgia constanter, dissidia ortum trahunt, suspitiones male procedunt: sine ullà causà hostem reddit, qui paulo ante amicus erat; universa donos subvertit, et pacatas urbes ad bellum excitat; pulchra pacis vincula dissolvit, magnae charitatis nodum infringit. Qui detractio studet, diabolo servit, utpote qui calumniæ opera exequatur. Quare detractor tanquam mendax et fur est propellendus.*

S. Hieron. ad Rusticum: *Nulli, ait, unquam omnino detrahas, nec aliorum vituperatione laudabilem te videri velis: magisque vitam tuam ordinare discas, quàm alienam carpere.* S. Augustinus, teste Possidonio in ejus Vità c. 22 contra pestilentiam humanæ consuetudinis hoc distinctio sine mensura adscripsit:

Quisquis amat dicis absentium rodere vitam, Hanc mensam vitæ non averit esse sibi.

Unde et coepiscopos quosdam sibi familiarissimos, illius scripturæ oblitus, et contra eam loquentes, tam asperè aliquando reprehendit, ut diceret aus delendos illos versus de mensa, aut se de mediâ refectioe ad suum cubitulum surrecturum: quod ego et alii qui mensa illi interfuerunt, experti sumus. Ita Possidon. Vide adversus detractores eundem S. Aug. Ep. 157, et in Psal. 54 et 92.

S. Joannes Eleemosynarius Patriarcha Alexandrinus, etiam publicè peccantes taxari vetabat: *Nam fieri, ait, potest ut peccatum ponendo deleverint. Iniquum est autem id ab homine petulantè exprorari, quod à Deo elementè est condonatum.*

Verè Sapiens linguam maledicam comparat serpenti: *Sinordet, inquit, serpens in silentio, nihil minus habet, qui occultè detrahit, Eccl. 10. Detractor, et libens auditor, utroque diabolum portat in lingua, inquit S. Bern. in Serm. Hoc est officium demonis, qui inde vocatur*

diabolum, id est, calumniator. Idem: *Lingua detractoris, inquit, est vipersa ferocissima, est lancea, qua tres penetrat tactu uno. Occidit enim animam primò, dicens; secundo, audientis; tertio, famam ejus cui detraxit. Audi cum serm. de triplici custodia manûs, linguae et cordis. Numquid, inquit, non vipera est lingua ista? Ferocissima plerùm, nimium quo tam lethaliter tres inciat tactu uno. Numquid non lancea est ista lingua? Profectò et acutissima, qua tres penetrat tactu uno. Lingua, inquit, eorum gladius acutus. Cladius quidem anceps, imò triiceps est lingua detractoris: imò deterior, ait, mucrone, quo Dominicum latus confossum est. Levis, quidem res sermo, quia leviter volat, sed graviter vulnerat; leviter transit, sed graviter urit, leviter penetrat animum, sed non leviter exit.*

Audi et gentiles. Cicero in Offic. i: *Detrahere, inquit, alteri, et hominis incommodum suum commodum augere, magis est contra naturam, quàm mors, quàm dolor, quàm cætera quae possunt corpori accidere, aut rebus externis. Nam tollunt convictum hominum et societatem.*

Horatius in Serm.

Absentem qui rodit amicum, Fingere qui non visa potest, commissa tacere Qui nequit: hic niger est, laue tu, Romane, caetero.

VERS. 11. — NE IMPOSAS NOBIS HOC PECCATUM. Ne nos imputes nobis peccatum quod commisimus, ne nobis offenderis, neve punias, vel puniri nos à Deo permittas aut consentias, sed parce, et miserere et ignosce, atque ora ut Marià à lepra curetur, utque lepra ejus me, utpote murmuris ejus participem, non invadat et corripiat.

VERS. 12. — NE FIAT HEC QUASI MORTUA. Tum quia lepra serpens, et excedens Mariam, eam sensim mortuae, vel abortivo mutilo et deformi similem efficitbat; tum quia lepra erat quasi mors quaedam civilis: separabat enim hominem ab habitatione et convictu hominum.

VERS. 14. — SI PATER EJUS SPUISSET IN FACIEM EJUS, etc., q. d.: Si pater Mariæ sororis tuae iratus spuisset in faciem ejus, illa prae rubore et reverentiâ patris, non auderet accedere ad patrem ante septem dies; quantò magis decet illam ipsam jam, cum ob peccatum à me lepra notata sit, confundi, et castris arceri, neque ad me in tabernaculum accedere ante septem dies?

SEPARATUR SEPTEM DIEBUS EXTRA CASTRA, ET POSTEA REVOCABITUR. Itaque reipsa per septem dies Marià, curata est ac revocata. Ubi nota, in ejus revocatione non fuisse observatas caeremonias, et expiationes leprosis prescriptas Levit. 14. Nam ipsa Dei miraculosa sanatio et revocatio Mariæ, erat sufficiens ejusdem leprostratio et expiatio, ut aliâ legali non indigeret. Ita Abulensis. Vide hic justam arrogantiam penam. Erederat se superbi Marià supra fratrem suum Mosen, dum eam castrorum, cumque desuperaret: ergo justè hic humiliatur, et quasi infamis et indigna non tantum conspectu fratris, sed et populi, à castris separatur. Simile exemplum, et multo magis admirabile referit

Raderus noster ex Patricio Græcorum tractat de Simplicio. cap. 5 de Stylià Edesseno, qui quòd fratrem suum germanum aurum sperientem simplicem judicasset et contempsisset; eò quòd ipse idem aurum pruderet, ut sibi videbatur, in viros religiosos et pauperes ergoasset ab angelo reargutus, ac à fratre suo germano in omnem vitam separatus, jususque 49 an-

CAPUT XIII.

1. Profectusque est populus de Haseeroth, fixis tentoriis in deserto Pharan,
2. Ibiq; locutus est Dominus ad Moysen, dicens:
3. Mitte viros qui considerent terram Chanaan quum daturus sum filiis Israel, singulos de singulis tribubus, ex principibus.
4. Fecit Moyses quod Dominus imperaverat, de deserto Pharan mittens principes viros, quorum ista sunt nomina:
5. De tribu Ruben, Saramua, filium Zechur.
6. De tribu Simeon, Saphat, filium Hur.
7. De tribu Juda, Caleb filium Jephone.
8. De tribu Issachar, Igal, filium Joseph.
9. De tribu Ephraim, Osce, filium Num.
10. De tribu Benjamin, Phalti, filium Raphu.
11. De tribu Zabulon, Geddiel, filium Sodi.
12. De tribu Joseph, sceptri Manasse, Gaddi, filium Susi.
13. De tribu Dan, Ammiel, filium Gemalli.
14. De tribu Aser, Sthur, filium Michael.
15. De tribu Nephthali, Nahabi, filium Vapsi.
16. De tribu Gad, Guel, filium Machi.
17. Hæc sunt nomina virorum quos misit Moyses ad considerandam terram: vocavitque Osce, filium Num, Josue.
18. Misit ergo eos Moyses ad considerandam terram Chanaan, et dixit ad eos: Ascendite per meridianam plagam. Cùmque veneritis ad montes,
19. Considerate terram, qualis sit; et populum qui habitat eis ejus, utrum fortis sit, an infirmus; si pauci numero, an plures;
20. Ipsa terra, bona, an mala; urbes quales, muratae, an absque muris;
21. Humus, pinguis, an sterilis, nemorosa, an absque arboribus. Confortamini, et afferite nobis de fructibus terre. Erat autem tempus quando jam precoque uva vesci possunt.
22. Cùmque ascendissent, exploraverunt terram à deserto Sir, usque Roboh intrantibus Emath.
23. Ascenderuntque ad meridiem, et venerunt in Hebron, ubi erant Achiman, et Sisai, et Tholmai, filii Enac; nam Hebron septem annis ante Tanim, urbem Ægypti, condita est.
24. Pergentes usque ad torrentem Botri, absciderunt palmitem cum uvâ suâ, quem portaverunt in vecte duo viri. De malis quoque granatis et de ficis loci illius tulerunt:
25. Qui appellatus est Noheliscool, id est, torrentis Botri, eò quòd botrum portassent inde filii Israel.
26. Reversique exploratores terræ post quadraginta dies, omni regione circuitâ,

CHAPITRE XIII.

1. Après cela, le peuple partit de Haseeroth, et alla dresser ses tentes à Kethma, dans le désert de Pharan, qui était proche de la terre de Chanaan.
2. Les Israélites ne voulant pas y entrer sans connaître le pays, le Seigneur parla à Moïse en ce lieu-là et lui dit: Puisque ce peuple ne se fie pas à ma parole, et qu'il veut connaître par lui-même la terre que je lui ai promise,
3. Envoyez des hommes pour considérer le pays de Chanaan, que je dois donner aux enfants d'Israël; choisissez-les d'entre les principaux de chaque tribu.
4. Moïse fit ce que le Seigneur lui avait commandé, et il envoya du désert de Pharan des hommes d'entre les principaux princes de chaque tribu, dont voici les noms:
5. De la tribu de Ruben, Saramua, fils de Zécher.
6. De la tribu de Siméon, Saphat, fils d'Hur.
7. De la tribu de Juda, Caleb, fils de Jéphoné.
8. De la tribu d'Issachar, Igal, fils de Joseph.
9. De la tribu d'Ephraïm, Osée, fils de Num.
10. De la tribu de Benjamin, Phalti, fils de Raphu.
11. De la tribu de Zabulon, Geddiel, fils de Sodi.
12. De la tribu de Manassé, Gaddi, fils de Susi.
13. De la tribu de Dan, Ammiel, fils de Gemalli.
14. De la tribu d'Aser, Sthur, fils de Michael.
15. De la tribu de Nephthali, Nahabi, fils de Vapsi.
16. De la tribu de Gad, Guel, fils de Machi.
17. Ce sont là les noms des hommes que Moïse envoya considérer la terre; et il donna à Osée, fils de Num, le nom de Josué.
18. Moïse les envoya donc pour considérer le pays de Chanaan, et il leur dit: Montez du côté du midi; et lorsque vous serez arrivés aux montagnes qui sont au midi de la terre de Chanaan,
19. Considérez quelle est cette terre et quel est le peuple qui l'habite; s'il est fort ou faible, s'il y a peu ou beaucoup d'habitants:
20. Considérez aussi quelle est la terre; si elle est bonne ou mauvaise; quelles sont les villes; si elles ont des murs, ou si elles n'en ont point;
21. Si le terrain est gras ou stérile; s'il est planté de bois, ou s'il est sans arbres. Soyez fermes et resolués, et apportez-nous des fruits de la terre. Or c'était alors le temps auquel l'on pouvait manger les premiers raisins.
22. Ces hommes étant donc allés jusqu'à la terre depuis le désert de Sin jusqu'à Roboh, à l'entrée d'Emath, qui est au septentrion de la terre de Chanaan.
23. Ils montèrent ensuite vers le midi et virent à Hébron, où étaient établis depuis longtemps Achiman, Sisai et Tholmai, fils d'Enac; car Hébron a été bâtie sept ans avant Tanis, ville d'Égypte.
24. Et étant allés jusqu'au torrent de la grappe de raisin, ils coupèrent une branche de vigne avec sa grappe, que deux hommes portèrent sur un levier. Ils prirent aussi des grenades et des figues de ce pays-là.
25. Qui fut appelé depuis Noheliscool, c'est-à-dire, le torrent de la grappe, parce que les enfants d'Israël emportèrent de la cette grappe de raisin qui était d'une extrême grosseur.
26. Ceux qui avaient été considérer le pays, revinrent quarante jours après, en ayant fait le tour.

27. Venerunt ad Moysen, et Aaron, et ad omnem cœtum filiorum Israel in desertum Pharan, quod est in Cades. Locutique eis et omni multitudini ostenderunt fructus terræ;

28. Et narraverunt dicentes: Venimus in terram ad quam misisti nos, que revera fuit lacte et melle, ut ex his fructibus cognosci potest;

29. Sed quibus fortissimos habet, et urbes grandes atque muratas. Stirpem Enac vidimus ibi.

30. Amalech habitat in meridie, Hethæus, et Jebuseus, et Amorrhæus in montanis; Chanaanæus vero moratur juxta mare circa fluentia Jordanis.

31. Inter hæc Caleb compescens murmur populi qui oriebatur contra Moysen, ait: Ascendamus, et possideamus terram, quam poterimus obtinere eam.

32. Alii vero, qui fuerant cum eo, dicebant: Nequaquam ad hunc populum valeamus ascendere, quia fortior nobis est.

33. Detraxeruntque terræ quam inspexerant apud filios Israel, dicentes: Terra quam lustravimus devorata habitatores suos: populus quem aspeximus proceræ statura est.

34. Ibi vidimus monstra quedam filiorum Enac, de genere giganteo: quibus comparati, quasi locustæ videbantur.

VERS. 1. — PROPECTUSQUE EST POPULUS DE HASEROTH (ubi fuit decima quarta mansio Hebræorum) FIXIS TENTORIBUS IN DESERTO PHARAN, q. d.: Pergendo figere castra in vasto illo deserto Pharan; nam in eo deinceps sequentes fuerunt mansiones, usque ad trigessimam tertiam; hæc porrò decima quinta, in quam proximè ex Haseroth venerunt, fuit Bethma, ut patet Num. 33, 48.

VERS. 2 et 3. — IBIQUE LOCUTUS EST DOMINUS AD MOYSEN, DICENS: MITTE VIROS QUI CONSIDERENT TERRAM CHANAAN. Dixit hoc Deus, postquam populus iste diffidens promissis Dei, petiisset mitti exploratores in Chanaan, qui referrent qualis esset terra, quam fertilis et quam munita, ut patet Deut. 1, 22. Cum enim id populus peteret, Moses consulit Dominum, qui Mosi annuit, jussitque ut faceret idipsum quod populus petebat, ut ex hoc loco patet: *Optimus enim est imperator, qui maxime cogitavit habere res hostium, ait Chabrias*; in bellis enim plurimum valet secretum. Unde Motellus rogatus à centurione, quid esset facturus, respondit: *Si scirem tunicam meam consilii mei esse consciam, eam statim exerarem, ait Plutarchus.*

VERS. 3. — SINGULOS DE SINGULIS TRIBUBUS EX PRINCIPIBUS, non primis et summis, puta ex 12 illis, quorum quisque toti tribui suæ præerat; nam illi aliter vocabantur, ut patet c. 10, 14, sed ex aliis inferioribus, qui primis illis subordinati erant; et forte ex illis, qui consilio Jethro constituti erant, Exod. 18, 23.

VERS. 12. — DE TRIBU JOSEPH TRIBUS MANASSE. Hebr. de tribu Joseph tribus Manasse, seu quoad tribum Manasse. Trib. enim Joseph duplex erat, scilicet

27. Ils vinrent trouver Moysen et Aaron, et toute l'assemblée des enfants d'Israël dans le désert de Pharan, qui est vers Cades; et leur ayant fait leur rapport et à tout le peuple, ils leur montrèrent des fruits de la terre.

28. Et leur dirent: Nous avons été dans la terre où vous nous avez envoyés, et où coulent véritablement des ruisseaux de lait et de miel, comme on peut le connaître par ces fruits;

29. Mais elle a des habitans très-forts, et de grandes villes fermées de murailles. Nous avons vu là la race d'Enac, qui est une race de géants.

30. Amalec, qui nous a déjà fait la guerre, habite vers le midi; les Héthéens, les Jebuséens et les Amorrhéens sont dans le pays des montagnes; et les Chanaanéens sont établis le long de la mer et le long du fleuve du Jourdain.

31. Cependant le murmure commençant à s'élever contre Moïse, Caleb fit ce qu'il put pour l'apaiser, en disant: Allons et assujettissons-nous ce pays; car nous pouvons nous en rendre maîtres, ayant Dieu pour nous.

32. Mais les autres qui y avaient été avant lui, disaient au contraire: Nous ne pouvons point aller combattre ce peuple, parce qu'il est plus fort que nous.

33. Et ils décrirèrent devant les enfants d'Israël le pays qu'ils avaient vu, en disant: La terre que nous avons été considérer dévore ses habitans; le peuple que nous y avons trouvé est d'une hauteur extraordinaire.

34. Nous avons vu des hommes qui étaient comme des monstres, des fils d'Enac, de la race des géants, auprès desquels nous ne paraissions que comme des sauterelles; ce qu'ils disaient en exagérant.

COMMENTARIUM.

et Ephraim et Manasse: ut ergo certam tribum designet, tribum Joseph determinat per tribum Manasse.

VERS. 17. — VOCATIVQUE OSEE, FILIUM NUN, JOSUE.

Nota. Pro Nun, 70 et passim veteres, qui eos sequuntur, legunt Nave, sed corruptè: nam Hebr., Chald. et Latina habent Nun, et faciliè Græcum ν in ν depravari potuit, ut pro Nave (quomodo videtur verisimè 70) irrepsit Nave. Rursum pro Osee, vel, ut Hebr. est Osee, 70 vertunt Ansem, et ita veteres 70 secuti, sæpè Josue vocant Ansem. Videtur ergo 70 legisse nomen Hebræum aliis punctis, quasi descendens ab imperativo passivo niphâl, verbi iasca, id est, salvum fecit; videlicet *hianasse*, id est, salvare, salvus sis: unde crasi factum est nomen *hause*, quod Moses mutavit in ætivum *Jehosua*, id est, salvator, vel qui salvum faciet: nisi quis vetus mendum suspicet cum S. Hieronymo.

initio comment. in Osee, ut pro *osee* legatur *ohep*, ut depravato in *av*, quod characterè ei est. affine. Noster enim et Chald. et alii, passim Osee vertunt, non Anse. Moses verò Hoose nomen mutavit in *Jehosua*, addidit et præfixâ ad nomen Osee litterâ jod. Primò, ut certioram ipsi Josue, et populo per ipsum, salutem et victoriam de Chanaanis promitteret, quam hæc exploratione inchoabat: *hosee* enim verbum significat *salva* (unde *hosanna* idem est quod *salva*, quæso) *iehosua* verò, quò alludit *iehosua*, significat *qui salvabit*. Secundò, ut inueneret multa ei bona largiturum Deum, cui primam litteram nominis sui tetragrammat. scilicet jod, addidisset. Quò respexisse videtur S. Hieron. in Aggei c. 1, et Eusebius 4 Demonstr. cap. ult., dicens, *iehosua*, idem est quod *jaho iesua*, id est, Dei

salus, aut salvator; hoc est, datus à Deo ad salutem populi: nam nomen tetragrammaton ipse legit hisce punctis, ut sonet *ihah*. Tertio denique, quia spiritum propheticò prævidebat Moses, Josue expressum typum gesturum Jesu Christi, uti nomine, ita re ipsâ, et felicissimâ traductione populi electi in terram promissam. Hinc Eusebius 4 Demonstr. 57, docet Aaron pontificem à Mose vocatum esse Christum, quia typus erat sacerdotii Christi: Ansen verò (vitiosè enim in Eusebio legitur *Nausea*) vocatum à Mose Josue, quia typus futurus erat principatus Christi; sic et Theodor. quest. 25, et Tertullian. contra Judæos, et Clemens Alexand. in 1 Pedagogy 7, Justinus contra Tryphon p. 84, Lactantius l. 4 de Verâ sapientiâ c. 17, Prosper p. 2. Prædict. 4, Orig. homil. 1 in Josue, Ambrosius in Psalm. 47, Hieron. ad Paulinum, Augustinus lib. 16 contra Faustum cap. 48. Ita Abram futurus pater multorum populorum, à Deo vocatus est Abraham. Præcursor Christi futurus primus gratiæ et Evangelii Christi præco, dictus est Joannes, id est, gratiosus.

Hinc rursùm notat Lactantius lib. 4, c. 17, Origen. hom. 11 in Exod. et alii Patres Græci et Latini, quos citat Serarius præfat. in Josue, quòd Moses ei mutârî nomen, emque pro *Hosee* vocârî *Josue*, eo tempore quo dux militiæ contra Amalecitas est constitutus, eosque debellavit. *Josue* enim significat Salvatorem, qui tanquàm dux populi salvavit populum suum: sicut *Jesús* salvavit homines, pugnando et debellando demones, Coloss. 2, 15. Hujus rei indicium est quòd *Josue* nomen primùm legatur Exodi 17, 9, ubi Josue dux belli contra Amalec à Mose constituitur. Alii tamen censent Osee nomen mutatum fuisse in Josue hoc tempore, quò designatus est explorator terræ sancte. Tunc enim anceps et periculosum terram hostilem explorandi officium suscipiens, evidenti mortis ignominiosè et acerba discrimini (ne scilicet quasi explorator, et proditor à Chanaanis torqueretur et excarnificaretur) ultrò pro populo se obtulit. Tunc ergo acer, magnanimus et interritus apparuit, ideòque dignus, qui novo hoc et augusto nomine donaretur. Ita censent Justin. contra Tryphon, S. August., lib. 16 contra Faustum cap. 19, Anastasius Nicen. q. 55, Abulensis et Oleaster. Addit S. August. Josue tunc gessisse typum Jesu Christi, qui abiturus in cœlum suis discipulis ait: *Et si abiero, et præparavero vobis locum, iterum venio, et assumam vos ad meipsum*, Joan. 14, 5. Sic Antiochus, primus hujus nominis Syriæ rex, ob victoriam de Galatis reportatam, vocatip, id est, salvator, est appellatus: atque in pugnâ tulit in vexillo figuram pentalpa cum verbo *byiesca*, id est, salus, ut in numismatibus cernitur: atque usus est pro militari tessera verbo *byiesca*, quod *salvum* esse significat; eamque ab Alexandro Magno se in somnis jussum usurpare dixit; testis est Lucian. Apol. de lapsu in salut., et Pierius hieroglyph. 47. Ex quibus omnibus patet *Jehosua*, vel per crasin *Josue*, idem prorsus nomen esse quod *Jesua*, id est, Jesus, non verò diversum, ut voluit Galatin., Pagninus, et Jan-

senius cap. 7 Concord. idque convincitur ex eo quòd passim 70, Josephus, et Philo lib. de Charitate, Hebræum *Jocua*, sive *Josue*, vertunt *ioses*, id est, Jesus: nam *ioses*; Græcis trisyllabum est, eò quòd iota apud eos sit vocalis, quæ Hebræis et Latinis est consonans: deinde punctum tere sub jod in *Jesua*, vertunt in *;*; olim enim *;* sonabat ut *;*, ac tertio gutturalè *;* vertunt in *;*; lenioris pronuntiationis causâ, ut pro *Maschia* vertunt *Messias*. Deinde, idipsum patet ex Aggeo cap. 1, v. 1, 12, 14; et c. 2, v. 3, 5; et ex Zachariâ c. 3, v. 1, 5, 8; nam hi duo Jesum pontificem, filium Josedec (qui etiam fuit typus Christi, quâ Pontifex est summus novi Testamenti, ut patet Zachar. 5, versibus citatis) Jesum nominant, qui tamen ab Esdrâ, l. 1, c. 2, 8 9; et c. 4, v. 3, in Hebræo, et nostrâ versione vocatur Josue. Denique, utriusque hujus nominis in Hebræo eadem sententia, et eadem radix, videlicet *iasca*, id est, salvum fecit; unde *Josue* vel *Jesua* idem est quod Salvator.

Hinc patet primò, falli eos qui nomen Jesus à græco verbo *ios*, id est, sano: vel à Syro *asa*, id est, sano, deducunt, quasi *ioses* idem sit quod *ioses*, id est, medicus: ita Epiphani. hæresi 29: *Josue*, ait, *hebraicè lingua curator appellatur, aut medicus et salvator*. Sic et à Græco *ios* nomen *ioses* deducit Basil. in asceticis, et Cyrill. catechi 40, sub finem. Ubi tamen nota quòd, licet hæc non sit vera etymia ratio, recta tamen nominis sit adaptatio et accommodatio. Patet secundò, hebraicè scribendum esse *Jesua*, ut ultima sit *an*, non verò *Jesu*, uti Judæi scribunt, vel ob contemptum, vel ob Syram deteriorationem; non etiam scribendum esse *Jesuech*, per *he* in fine quia hoc saltem, Jesus autem salvatorem significat. Patet tertio, nomen Jesus non esse idem cum nomine tetragrammato, nec ab eo solâ litterâ *schin* insertâ differre, uti quidam è novatorum grege, puta Lucas Osiander in Matth. 4 sensit, ac proinde neque scribendum esse *Jeheschul* per *he* in fine præcedente *vau*, ut ipse vult, quasi Christi Domini nomen *Jesus à Josue*, vel *Jesua* sit omnino diversum. Nam id jam refutatum est; et idipsum aperè convellit S. Math. 4, 21, qui de Christo ait: *Vocabis nomen ejus Jesum: ipse enim salvum faciet*, etc. Unde patet nomen Jesus idem esse quod *Jesua*, vel *Josue*, id est, salvator: neque scribendum esse *Jeheschul* Hebraicè, sed *Jesua*, cui *Jeheschul* non significat salvatorem, sed *Jesua*, in quò *jeheschul* confictum est nomen, nec propriè illam radicem Hebræam habet. Denique, in titulo crucis Dominicæ, qui Romæ servatur in templo sanctæ Crucis, *Jesua*, non *Jeheschul* scribitur nomen hoc, ut testatur Pagn. oculatus testis, in interpretatione nominum Hebræorum.

Dices: Etiam *jescua* non significat Salvatorem, sed salvatum: quia habet formam participii passivi *paul*. — Respondeo, *Jesua* non esse *paul cal*, sed esse nomen significans salvatorem, æquè ut Josue; nomina verò multùm à participiis, et punctis et significatione differunt; alludit enim *jescua* ad *joschia*, id est, qui salvari; vel certè ad *jescuah*, id est, salus, quasi dicas: Ipsa salus, id est, salvator per essentiam,

Dices secundò: Isaia 7, 14, et Math. 4, 25, dicitur quòd Christus vocandus sit *Emmanuel*, id est, nobiscum Deus: hoc autem significat *Jeheschuh*, non *Jescua*, vel *Josue*: nam *Jeheschuh* continet omnes litteras nominis Dei tetragrammati, inserta tantum littera *schin*.

— Respondeo: Etiam *Jehuda* continet omnes litteras nominis tetragrammati, uti et multa alia nomina, non tamen ideò significat idem quod tetragrammaton. Secundò, ut fingas significare idem quod nomen tetragrammaton, neutiquam tamen significare potest, *nobiscum Deus*: quia nomen tetragrammaton hoc non significat, sed simpliciter Deum significat. Addo *Jehosua*, quod idem est cum *Jescua*, habere omnes litteras nominis tetragrammati, easque conjunctas, non dissectas, ut *Jeheschuh*. Quod ergo ad Isaia: et S. Matthaei locum attinet, respondet Justin. in Quest. ad orthodox. q. 155. Tertul. l. contra Judaeos c. 9. Lactantius l. 4 de Verâ sapientiâ c. 12. Cyrillus lib. de Incarnatione Uiuigeniti cap. 5, *Et uocabunt nomen eius Emmanuel*, non significare Christum ita nominandum (nam quum enim Emmanuelis nomen ipsi inditum legimus, sed Jesu tantum, idque in circumlocutione), sed fore Emmanuelem, ut jure Emmanuel uocari possit, nam *uocari* in Scripturâ sæpè significat esse, ut Isaia 9, v. 6; Isaia 60, 14; Zachar. 8, 5; Jerem. 5, 17. Deinde, ut rectè Tertull. supra, *Emmanuel et Jesus idem sunt, non sono, sed sensu*. Nam esse Deum nobiscum, est esse saluatorem: salus enim nostra et redemptio Dei ad nos descensu peracta est, nec alio modo perfecti potuit. Fateor tamen quòd, sicut Deus Abraham et Sarae addidit litteram he nominis sui tetragrammati, ut significaret se ex his nasciturum hominem, ita et Josue eandem litteram addidit, ut *Jehosua* in se contineret omnes litteras nominis tetragrammati: quia per hoc significare uolebat Jesum Christum, cujus typus erat Josue, fore *Jehoua*, id est, Deum. Quapropter hoc nomen Jesu reuelatum est Prophetis, qui eo appellandum fore Messiam praesignificauerunt, ut patet Habacuc 3, 18: *Exultabo in Deo Jesu meo*; et Isaia 45, 8: *Aperiat terra et germinet saluatorem*; et passim Sept. hebr. nomen *maschiach*, id est, Messias uertunt *messias*, id est, saluator.

Unde et prisci Rabbinii ante Christi tempora, Messiam nomen fore Jesu praedixerunt, ut ex R. Haccados docet Galat. lib. 5, 20.

Idem prophetauerunt Sybillae, ut docet acrostichis illa uersuum Sybillae Erythraeae, quorum prima littera haec uerba reddunt: *Ἰησοῦς Χριστὸς υἱὸς Θεοῦ, σωτὴρ, σωτὴρ, Jesus Christus filius Dei, saluator, eras*: quae exstat in fine Sybillinorum oraculorum t. 2 Biblioth. SS. Patrum, et eam citat Cicero lib. 2 de Diuin. in quoque profat poema Sybillae non esse furentis, sed attenti animi, artisque et cogitationis. Eandem citat et Constantinus imp. apud Eusebium in fine uite Iulij, et Iusè S. Aug. 18 Civit. 25; idem praedixit, sed oemigatiò Sybilla Cumana, quae ut refert Sixtus Senensis lib. 2 uerb. Sybilla uaticinata est numerum litterarum nominis Messie fore 888, dum ita canit:

Sed quae sit numeri totius summa docebo:

Nemque octo monades, totidem decades super ista, Atque hecatontades octo, infidus significabunt Nominibus nomen, tu uerò mente teneto.

Hunc enim numerum continent 4 litterae Graecae nominis Jesu, cujus numeri mysterium explicat Ven. Beda in c. 2 Lucae: *Uidelicet significari per Jesum resurrectionem, et uiam in caelum esse patefactam. Octonarius enim siue simplex, siue multiplicatus per decem, id est, octoginta, siue per centum, id est, 800, significat octauam resurrectionis. Atque hinc fortè demon, quia similia est Dei, et tantus Saluatoris nostri æmulus, apud Romanos et Graecos Jovem et Minervam Sotorem, Jovem Eleuterium, Salutem deam, Minervam Sôspitam, et similes deorum larvas sibi induxit, de quibus multa Giraldus de Diis gentium, syntagm. 4, p. 55, et syntagm. 2, q. 106 et 107, et syntagm. 5, p. 121. Denique Justinus Apolog. 1 pro Christianis, ante finem scribit, Christianos suo tempore enervationem curare, et à demonibus liberare solitos inuocatione nominis Jesu; Vide Greterum lib. 5 de Cruce c. 27. Est enim hoc nomen Jesu sanctissimum et augustissimum, adeoque uenerabilis nomine tetragrammaton, ut rectè probat Abul. q. 7 ia c. 20 Exodi. Nam est proprium nomen Verbi incarnati, ut docet S. August. tr. 5 in 1 epist. S. Joan. tom. 9, idèoque alia omnia Christi nomina, quae plurima et praestantissima ei Script. attribuit, in se complectitur. Significat enim totam incarnationis Dominicæ economiam (in quâ per ceteris operibus, omnia attributa Dei relucet) hancque omnia quae inde nobis siue in animo, siue in corpore, tum in hâc uitâ, tum in futurâ per omnem aeternitatem obuenient. Vide Origen. hom. 32, hic, et hom. 4 in Josue, Bern. ser. 15 in Cant. ubi ait ueteres Jesu inanimis nominibus gloriatos esse; nec enim ueram salutem prestitisse, sed adumbrasse; hanc enim solus praestitit Jesus noster. De nomine Jesu plura dixi Phil. 2, 10.*

VERS. 20. — URBS QUALIS, MURATÆ, AN ABSQUE MURIS. Clarè interpres uertit Hebraea, quae sic habent: *An in castris, ut inmunitionibus, siue locis inclusis, habitent incolae*. Castra hic opponuntur locis muro inclusis; castra ergo hic sunt loca patentia, siue municipia, in quibus turmatim habitant incolae; sic enim milites in castris non includuntur muris, sed in tentoriis campestribus degunt. Ita Oleaster. Loca inclusa sunt quae uulgò *Burgos* uocamus; unde Burgundiones sunt dicti, quòd in burgis se continentur, ut ab hostium incursionibus essent tuti.

VERS. 21. — ERAT AUTEM TEMPUS QUANDO IAM PROCOQUÆ (id est, primò maturæ) UVAE YESCI POSSENT, q. d.: Exploratores à Mose missi explorârunt Chanaan, quando ibi erat tempus primarum uuarum: unde et botrum inde ad Hebraeos extulerunt. Exploratio ergo haec contigit sub initium Junii (tunc enim in Palestina, utpote regione calidâ, maturæ sunt uuae) anno secundo exitus ex Aegypto. Transierat enim jam annus unus, et tres menses ab hoc exitu, tuncque post paucos dies Hebraei ingressuri fuissent Chanaan, nisi murmurâissent. Hæc enim murmuratio ingressum eorum distulit ad 58 annos: ita Abul.

VERS. 22. — EXPLORERUNT TERRAM A DESERTO SIN, ETQUE ROBOR INTRANTIBUS EMATH, q. d.: Quâ itur et intratur in Emath regionem, in quâ potens fuit urbs, quae postea ab Antiocho Epiphane dicta est Epiphania, ait S. Hier. in Amos 6, eratque in Syria finibus, terminans ab Aquilone tetram sanctam; unde sæpè in Script. Emath inter terminos terræ promissæ commemoratur. Erat et altera Emath magna, quae postea dicta est Antiochia, urbs Syriae celeberrima.

VERS. 25. — UBERANT FILII ENAC. *Fili*, id est, nepotes et posterii Enac gigantes. Vide v. 50, unde ab hoc Enac gigantes gigantes in Script. uocantur *filii Enakim*.

NAM HEBRON SEPTEM ANNIS ANTE TANIM URBEM ÆGIPTI CONDITA EST. Omnes consentiunt, ait Adrichom. Cajet. et Oleaster, Tanim esse nobilem Ægypti urbem, non longè à Memphis sitam, quae antea dicebatur Tannanis, à 10, uel ut Adrichom. ait, 17 Tannibus, filiis Noe, constructa, sed praecisâ primâ syllabâ Tanis, uel urbs Taneos dicta est, estque celebris in Scripturâ, utpote in quâ Moses coram Pharaone fecit sua signa, et plagas decem Ægypto immisit, ut patet Ps. 77, 12, ubi dicitur: *Fecit mirabilia in terrâ Ægypti in campo Taneos*; et v. 55: *Sicut posuit in Ægypto signa sua, et prodigia sua in campo Taneos*. Unde uidetur quòd Tanis tunc fuerit regia regum Ægypti; idem colligitur Isaia 19, 11. Sita erat juxta Nilum ostium, quod ab eâ Tanniticum dictum est, estque proximum ostio Pelusiaco. Ad Tanim hanc, caso Godoliâ, profugerunt Iudaei cum Jeremiâ propheta, ibique Jeremias à Judæis, quorum idololatram corripiebant, lapidatus est: unde et crebra Tanis siue Taphnis, apud Jeremiam est mentio, ut c. 2, et 45, et 44, et 46. In Tanagero Hebraeos etiam stirpem gigantum uidisse, indicat conjunctio nam, quam noster interpres hoc v. habet, q. d.: Non mirum in Hebron esse gigantes, quales uidisti in Tani, cum Hebron antiquior sit urbe Tani, ita ut à primis gigantibus potuerit incoli, ut ait Lyanus et Abul.

VERS. 24. — ASCENDERUNT PALMITEM CUM UUA SUA. Philo etiam disertè asserit, non plures, sed unam tantum uuam fuisse. Hebr. et Chald. habent *palmitem et botrum uuarum unum*, id est, unum palmitem cum botro uno, dicit autem *uuarum*, quia sunt et botri cypri, aliorumque fructuum. Quare necesse est dicere uuam in Chanaan fuisse praegrandes, utpote quarum unam in uete à duobus uiris portari opus fuerit; quod indicium erat, terram illam esse fertillissimam. Sic Plinius l. 14, i, ait in interiore Asiâ nasci uuas magnitudine uerberis uicini, elle, imò pueri infans. Amplius narrat Euphorus et Metrophanes apud Stephanum, l. de Urbibus, scilicet in Eucarpia minoris Asia oppido tam immanes nasci racemos, ut singuli justa sint singulis curribus pondera, ita ut unius tantum racemi ueturâ quandoque, currus contractus concciderit, atque inde urbem Eucarpiam, id est, fertilem esse dictam, idèoque ueteres didicisse, hunc hanc à Jove datam fuisse Cereri et Baccho ad inhabitandum; sed puto currum istum crassiore mendacio, quam uua onustum jam pridem concidisse et euansisse. Equid mirum? Nota est Graecorum fides, Graecosque graecari et fabulari

solitos scimus. Creditibilis Strabo l. 2 botros uuarum commemorat, qui singuli bipedali sunt longitudine. Idem l. 11 et l. 15 tradit in Mauritania et Carmania botros nasci, qui ad duos cubitos in longum extendantur.

Alleg. Sicut sponsa Christo dicit *Botrus cypri dilectus meus mihi uinctis Engaddi*, idque ob dulcedinem et gloriam resurrectionis Christi: ita pariter hic uua pendens in uete, est Christus pendens in cruce: haec nata est ex terra promissâ, id est, B. Virg. quum promissit Isaia c. 7, 14: *Duo iuguli sunt duo testamenta: praerunt Iudaei, sequuntur Christiani; salutem hic (Christianus) ante conspectum suum gerit, ille (Iudaeus) post dorsum; hic obsequium praerit, ille contemnit. Laborumus ergo, ne à cervicibus nostris tam sanctam sarcinam deponamus*. Ita S. August. serm. 100 de Temp. S. Ambros. serm. 72 de S. Cypriano; S. Hier. ad Fabiol. in mansionie 15; Prosper. p. 2. Præd. c. 9; Rupert. hic, et S. Bern. in Cantic. ser. 44.

QUEM PORTAVERUNT DUO VIRI S. Ambr. loco jam citato ait, hosce duos botri bajulos fuisse Josue et Caleb: cui fauet, quòd hi duo soli terram Chanaan Hebrais commendârunt, ut patet v. 51, et c. seq. v. 6.

VERS. 26. — REVERSUSQUE EXPLORATOR TERRE POST QUADRAGINTA DIES. Per 40 ergo dies exploratores hustrantur terram Chanaan, quibus non comederunt manna; illud enim tantum inueniebatur in castris Hebraeorum: sed frugibus terræ Chanaan uescebantur, quas uel in agris carpebant, uel hic botrum carperunt, uel à Chanaanensibus in uillis emebant. Ita Abul.

VERS. 27. — VENERUNT AD MOYSEN, etc. IN DESERTO PHARAN, QUOD EST IN CADES, q. d.: Venerunt exploratores redeuntes ad suos in Cades, siue Cadesbarne, quod est in deserto Pharan: est hypallage.

Dubium est an Cades hoc, ex quo missi sunt exploratores, idem sit cum Cades trigesima tertiâ mansione, de qua Num. 20, 4; et c. 35, 36.

Abulensis putat esse eundem locum, et eandem mansionem, ac consequenter exploratores missos esse non ex decimâ quintâ, sed ex trigesima tertiâ mansione, in eâque uel juxta eam Hebraeos hæsisse 58 annos, scilicet usque ad Mortem Maris, quæ in Cades mortua est, sub initium anni quadregesimi exitus ex Aegypto, Num. 20, 1. Probat idipsum ex Deut. 4, 46, ubi dicitur: *Seditis ergo in Cadesbarne aucto tempore*. Censet ergo Abulensis Hebraeos anno secundo exitus percussisse omnes mansiones à Sinâ, quæ fuit duodecima, usque ad Cades, quæ fuit trigesima tertiâ, atque in Cades hæsisse ab anno secundo usque ad quadregesimum.

Verum non est uerisimile Hebraeos tantùm in unâ mansionem mansisse, praeteritum cum dicit Script. eos per 40 annos uagos esse in deserto, v. 55. Secundò, quia Num. 20, 4, desum in Cades, trigessimam tertiam mansionem, uenisse narratur: ergo hoc c. est alia mansio. Tertio, quia Deut. 2, 14, Hebraei 58 annos ambulasse dicuntur in deserto: ergo hi non hæserunt in Cades. Dico ergo aliam esse hanc mansionem ab illâ de qua c. 20 et 55, ac consequenter Cades hoc diuersum esse ab illo Cade, uti docent Zieglerus

Wolfgangus, et Adrichomius in Descript. terræ sanctæ. Si tamen idem Cades utrobique esse velis, uti voluit Cajet. Oleast. et Andr. Masius in Josue c. 15, dicendum est Hebræos his venisse in Cade, scilicet primò hic, secundo Num. 20. 1. Vagabantur enim Hebræi, et à Deo circumducantur, maximè post murmur hoc exploratorum, pro invidia solitudinem perplexis gyris et mæandris. Unde eos, eò unde discesserant, puta in Cades, rursùm redisse, non est mirum. Hinc et Chald. pro utroque Cades vertit *Recem*, quo nomine solet appellare Petram, nobilem Arabiæ urbem, vel certè locum urbi illi vicinum. Verùm prius est verius, uti dicam. c. 20, 1. Missi ergo sunt hi exploratores ex decimà quintà mansione, quæ fuit in Rethmat, Num. 55, 18; porrò Rethmat erat juxta urbem Cades: unde exploratores hic in Cades, vel, ut dicitur Josue 14, 7, Deut. 1, 20 et 22, in Cadesbarne reversi dicuntur.

VERS. 28. — *QUA REVERA FLUIT LACTE ET MELLE, q. d.:* Terra Chanaan est fertilissima; est hyperbole.

VERS. 29. — *URBES GRANDES ATQUE MURATAS, nimis, uti addunt Hebræi, Chald., Græca et Raban.* Deut. 1, 28, dicitur eas munitas, id est, muratas, fuisse in coelum, hoc est altissimas habuisse muros; est hyperbole. Hi muri teruerunt Hebræos pusillanimes: magnanimitatem enim non curant muros, sed bellatores et propugnatores validos. Unde Agesilaus rex roganti cur Sparta muris careret: *Hi, ait, sunt Sparte muri, cives armatos commonstrans.* Alteri hæc ipsa de re percunctanti, respondit: *Urbes non lapidibus et lignis, sed virtute inhabitantium debere esse munitas.* Monstrabat ei quidam urbis alicujus muros admodum validos, et quærebatur, pulchrosne eos judicaret, respondit: *Ita sanè, sed non ut viri, verum ut mulieres intus habitent.* Ita Agis rex eorumdem Lacedæmonum, muros Corinthiorum perambulans, cum spectasset eos sublimes et validos: *Quænam, ait, in hoc gymnæco habitant mulieres?* Ita Antalcidas muros Sparte aiebat esse juvenes, terminos autem hastarum cuspidis. Sic et Scipio Africanus militi vallum tollenti, et admodum se premi dicenti: *Non injuri, inquit, ligno enim luteo magis fides, quam gladio.* Item adolescentem pulchrum clypeum ostentanti: *Clypeus quidem, inquit, è adolescens, pulcher est, ceterum Romanum virum magis decet fiduciam suam in dextrâ suâ, quam in sinistrâ collocare.* Testis est Plutarchus in eorum Vita.

VERS. 50. — *AMALEC HABITAT IN MERIDIE.* Dicunt hoc exploratores, non quasi terra Amalecitarum pertinuerit ad terram Hebræis promissam; sed quia ei vicina erat, ita ut Amalecitas ingressum Hebræorum in eam faciliè impedire, atque Hebræos bellis impetere et divexare potuissent, uti conati fuerant Exodi 17. Hanc enim difficultatem hostium fortissimorum in terrâ promissâ, et in ejus vicinâ commemorant, proponunt hic exploratores populo, ut eum ab ingressu in Chanaan absterneant.

VERS. 51. — *ISTER REC CALEB COMPESCENS MURMUR POPULI.* Tacente Josue, unus Caleb omnibus se opponit, murmurque sedare conatur: quia Caleb erat animosior, zeloque plenus; unde eum solum Deus ab hoc

heroico actu mire laudat c. seq. v. 14, dicens: *Servum meum Caleb, qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in terram hanc.* Ob eandem causam eidem Deus, per Moysen peculiarem quamdam terræ Chanaan partem, puta montana Hebron, ubi erant gigantes hi, promissit sub juramento, quam et ipse Caleb à Josue petiit, et obtinuit, ut patet Josue 14, 6, 9 et 12; et Josue 15, 13.

MURMUR, QUI. MURMUR, quod est antiphrasis.

VERS. 52. — *NEQUAquam AD HUNC POPULUM VALEMUS ASCENDERE.* Hinc patet hos exploratores in suâ ad populum relatione peccasse, primò, dissuadendo et divertendo populum ab ingressu in Chanaan, itaque resistendo promissis et voluntati Dei, qui Hebræos in eam inducere volebat. Fecerunt id ipsum ex pusillanimitate, et timore bellorum cum Chanaëis, cum ipsi vitam quietam, inermem et deliciosam agere malent in Ægypto, etiam sub Jugo Pharaonis. Secundo, mentiendo, idque in multis: Primò, quia asseruerunt Chanaëos tam esse potentes, ut eis prevalere non possent Hebræi; aiunt enim: *Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est.* Secundo, imponendo falsa crimina terræ Chanaan, dicendo: *Terra quam lustravimus devorat habitatores suos.* Tertio, amplificando ea quæ viderant, supra veritatem, ut cum dicant: *Ibi vidimus monstra quædam filiorum Enac, quibus comparati quasi locuste videbamur.* Quarto, asserendo omnes passim Chanaëos procerâ esse stature præ Hebræis: *Populus, inquit, quem aspeximus, procerâ stature est, cum tamen Chanaëi ordinariè non essent proceriores quam Ægyptii, Hebræi et alii populi eis vicini.* Quinto, quia subterfugit veritatem, ut quod tres tantum vidissent in Chanaan gigantes, aliaque multa, quæ potuissent populum in spem potius Chanaëæ erigere, metumque Chanaëorum illi adimere, vel minere. Ita Abul.

VERS. 53. — *TERRA QUAM LUSTRAVIMUS DEVORAT HABITATORES SUOS.* Aliqui hoc intelligunt de bonitate terræ, quasi dicant: Terra Chanaan tam fertilis est, ut omnes illi inhiant, ejusque possessores, vicissim ejiciant et occidant. Alii sic explicant, quasi dicant: Terra Chanaan tam bona est, ut nullus ex eâ exire cupiat: unde quicumque in eâ nascuntur, in eadem vivere et mori volunt; itaque quasi à terrâ suâ devorantur. Verùm hæc non fuisset detractio, sed potius laus terræ.

Dico ergo, terra devorat habitatores suos, hoc est, terra Chanaan ævis intemperie insalubris est, noxia et pestilens, ita ut morbos generet, et mortem citam incolas afferat. Id dixerunt, fortè eò quod lustrantes terram, invenerint tum pestem in eâ grassari, eamque ipsi attribuerint conditioni, et malo qualitatè terræ, cum potius tribuenda esset Deo, qui Levit. 18, 24, promiserat Hebræis se facturum ut terra ipsa evomeret Chanaëos ob scelera eorum. Unde tradum Hebræi nonnulli, penes quos sit fides, tunc tantam fuisse luem in Chanaëâ, totque morientes, ut Chanaëi occupati circa suorum funerà, licet viderent

hosce exploratores, eos tamen non caperant, non examinarent, nullo non curarent.

Ibi VIDIMUS MONSTRA. Hebr. ibi vidimus *nephilim*, id est, gigantes, qui dicuntur *nephilim*, id est, cadentes, quia ita erant proceri, ut qui eos videbant ex terrore caderent: aut potius *cadentes*, id est, cadero facientes (ut *cal* ponatur pro *hiplâl*) prostermentes et occidentes pro similiis homines; erant enim hi gigantes homines feri et truculenti tyranni. Ridiculum ergo est quod ait R. Salomon, hos gigantes vocari *nephilim*, id est, cadentes, quia, inquit, gigantes erant ex genere duorum angelorum cadentium de cælo, scilicet Aza et Azaiel.

CAPUT XIV.

1. Igitur vociferans omnis turba flevit nocte illâ:
2. Et murmurati sunt contra Moysen et Aaron cuncti filii Israel dicentes:

3. Utinam mortui essemus in Ægypto! et in hæc vastâ solitudine utinam pereamus, et non inducat nos Dominus in terram istam, ne cadamus gladio, et uxores ac liberi nostri ducantur captivi! Nonne melius est reverti in Ægyptum?

4. Dixeruntque alter ad alterum: Constitutum nos visis duobus, et revertamur in Ægyptum.

5. Quo auditò, Moyses et Aaron ceciderunt proni in terram, coram omni multitudine filiorum Israel.

6. At verò Josue, filius Nun, et Caleb, filius Jephone, qui et ipsi lustraverant terram, sciderunt vestimenta sua,

7. Et ad omnem multitudinem filiorum Israel locuti sunt: Terra, quam circumivimus, valdè bona est.

8. Si propitius fuerit Dominus, inducet nos in eam, et tradet humum lacte et melle manantem.

9. Nolite rebelles esse contra Dominum: neque timeatis populum terre hujus, quia sicut panem, ita eos possumus devorare; recessit ab eis omne presidium: Dominus nobiscum est, nolite metuere.

10. Cùmque clamaret omnis multitudo, et lapidibus eos vellet opprimere, apparuit gloria Domini super tectum foderis cunctis filiis Israel.

11. Et dixit Dominus ad Moysen: Usquequò detrahet militi populus iste? Quousque non credent militi, in omnibus signis quæ feci coram eis?

12. Feriam igitur eos pestilentia, atque consumam: te autem faciam principem super gentem magnam, et fortiozem quam hæc est.

15. Et ait Moyses ad Dominum: Ut audiant Ægyptii, de quorum medio eduxisti populum istum.

14. Et habitatores terræ hujus, qui audierunt quòd tu, Domine, in populo isto sis, et facie videaris ad faciem, et nubes tua protegat illos, et in columnâ nubis præcedas eos per diem, et in columnâ ignis per noctem:

QUASI LOCUSTÆ VIDERAMUR. Est hyperbole nimia et mendax, ad deterrendum populum ab ingressu in Chanaan. Addit Josephus, ex suo, ut videtur, genio et spiritu paraphrastico, quo res sua genitè ornare et colorare solet, exploratores dixisse; quòd Hebræi non possent Chanaëos opibus et armis instructos superare, ob suam paupertatem et armorum rerumque inopia, quòdque prius deberent flumina impervia et montes insuperabiles transire. Addit insuper, Hebræos ad tantum murmur his verbis concitato fuisse, ut Moysen et Aaronem voluerint occidere, itaque in Ægyptum reverti.

CHAPITRE XIV.

1. Tout le peuple se mit donc à crier, et pleura toute la nuit, se croyant engagé dans une entreprise où il ne pouvait manquer de périr.

2. Et tous les enfans d'Israël murmurèrent contre Moïse et Aaron, en disant:

3. Plût à Dieu que nous fussions morts dans l'Égypte! et puissions-nous plutôt mourir dans cette vaste solitude, que non pas que le Seigneur nous fasse entrer dans ce pays-là, de peur que, nous trouvant engagés à combattre des ennemis plus puissants que nous, nous ne périssions par l'épée, et que nos femmes et nos enfans ne soient emmenés captifs! Ne vaut-il pas mieux que nous retournions en Égypte que de tomber dans ces malheurs où nous nous voyons exposés?

4. Ils commencèrent donc à se dire l'un à l'autre: Établissons-nous un chef, et retournons en Égypte.

5. Moïse et Aaron ayant entendu ceci, se prosternèrent en terre, à la vue de toute la multitude des enfans d'Israël, pour implorer la miséricorde de Dieu.

6. Mais Josué, fils de Nun, et Caleb, fils de Jéphoné, qui avaient aussi eux-mêmes considéré cette terre, déchirèrent leurs vêtements, pour marquer leur douleur de l'ouvrage qu'on faisait à Dieu.

7. Et dirent à toute l'assemblée des enfans d'Israël: Le pays dont nous avons fait le tour est très-bon;

8. Et si le Seigneur nous est favorable, il nous y fera entrer, et nous donnera cette terre où coulent des ruisseaux de lait et de miel, malgré tous les efforts de nos ennemis.

9. Ne vous rendez donc point rebelles contre le Seigneur, et ne craignez point le peuple de ce pays-là, parce que nous pouvons le dévorer ainsi qu'un morceau de pain. En effet, ils sont destitués de tout secours, étant abandonnés de Dieu; et au contraire, le Seigneur est avec nous, et promet de nous les livrer: ne craignez donc point.

10. Mais comme tout le peuple, au lieu de s'apaiser par ce discours de Josué et de Caleb, s'écriait de plus en plus, et jetant de grands cris, voulait les lapider, la gloire du Seigneur parut à tous les enfans d'Israël sur le tabernacle de l'alliance.

11. Et le Seigneur dit à Moïse: Jusqu'à quand ce peuple m'outragera-t-il par ces paroles? Jusqu'à quand ne me croira-t-il pas, après tous les miracles que j'ai faits devant leurs yeux?

12. Je les frapperai donc de peste, et je les exterminerai; et pour vous je vous établirai prince sur un autre peuple plus grand et plus fort que n'est celui-ci.

15. Moïse répondit au Seigneur: Vous voulez donc que les Égyptiens, du milieu desquels vous avez tiré ce peuple,

14. Et les habitans de ce pays, qui ont ouï dire, Seigneur, que vous habitiez au milieu de ce peuple, que vous y êtes vu face à face, que vous les couvrez de votre protection divine comme d'une nuée favorable, et que vous marchez devant eux pendant le jour dans une colonne de nuée, et pendant la nuit dans une colonne de feu;

15. Quod occideris tantam multitudinem quasi unum hominem, et dicent :

16. Non poterat introducere populum in terram, pro qua juraverat : idcirco occidit eos in solitudine.

17. Magnificetur ergo fortitudo Domini sicut iurasti, dicens :

18. Dominus patiens et multe misericordiae, auferens iniquitatem et scelera, nullumque innoxium derelinquens, qui visitas peccata patrum in filios in tertiam et quartam generationem.

19. Dimitte, obsecro, peccatum populi huius secundum magnitudinem misericordiae tuae, sicut propitius fuisti egredientibus de Aegypto usque ad locum istum.

20. Dixitque Dominus : Dimisi iuxta verbum tuum.

21. Vivo ego ; et implebitur gloria Domini universa terra.

22. Attamen omnes homines qui viderunt majestatem meam, et signa quae feci in Aegypto et in solitudine, et tentaverunt me jam per decem vices, nec obediervnt voci meae ;

23. Non videbunt terram pro qua juravi patribus eorum, nec quisquam ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam.

24. Servum meum Caleb, qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in terram hanc quam circumvit : et semen ejus possidebit eam.

25. Quoniam Amalecites et Chananeus habitant in vallibus, eras movete castra, et revertimini in solitudinem per viam maris Rubri.

26. Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron, dicens :

27. Usquequod multitudo haec pessima murmurat contra me ! Querelas filiorum Israel audivi.

28. Dic ergo eis : Vivo ego, ait Dominus : sicut locuti estis, audiente me, sic faciam vobis.

29. In solitudine haec jacebunt cadavera vestra. Urnae qui numerati estis à viginti annis et supra, et murmurastis contra me,

30. Non intrabitis terram super quam levavi manum meam ut habitare vos facerem, praeter Caleb filium Jephone, et Josue, filium Nun.

31. Parvulos autem vestros, de quibus dixistis quod praedae hostibus forent, introducam ; ut videant terram, qua vobis displicuit.

32. Vestra cadavera jacebunt in solitudine.

33. Filii vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta, et portabunt fornicationem vestram, donec consumantur cadavera patrum in deserto,

34. Juxta numerum quadraginta dierum, quibus considerastis terram : annus pro die imputabitur. Et

45. Vous voulez, dis-je, qu'ils apprennent que vous avez fait mourir une si grande multitude comme un seul homme, et qu'ils disent :

46. Il ne pourrait faire entrer ce peuple dans le pays qu'il leur avait promis avec serment ; et c'est pourquoi il les a fait tous mourir dans le désert.

47. Que le Seigneur, pour empêcher ces discours impies, fasse donc éclater la grandeur de sa puissance et de sa miséricorde, en pardonnant à ce peuple infidèle, selon que vous l'avez juré, en disant :

48. Le Seigneur est patient et plein de miséricorde ; il efface les iniquités et les crimes ; et quoiqu'il ne laisse impuni aucun coupable, visitant les péchés des pères dans les enfants jusqu'à la troisième et à la quatrième génération, cependant sa miséricorde l'emporte sur sa justice, et il se plat davantage à la faire éclater.

49. Pardonnez donc, je vous en supplie, à ce peuple son péché, selon la grandeur de votre miséricorde, et selon que vous leur avez été favorable depuis leur sortie de l'Égypte jusqu'en ce lieu. Soyez-le encore jusqu'à ce que vous les ayez mis en possession de la terre que vous leur avez promise.

20. Le Seigneur lui répondit : Je leur ai pardonné selon que vous me l'avez demandé. Je ne les exterminerai point, comme je l'avais proposé :

21. Au contraire, je jure par moi-même que toute la terre sera remplie de la gloire du Seigneur et des effets de sa puissance, que je ferai éclater en faveur de ce peuple.

22. Mais cependant, parce que ma justice doit être satisfaite, tous les hommes qui ont vu l'éclat de ma majesté, et les miracles que j'ai faits dans l'Égypte et dans le désert, et qui, malgré ces preuves de ma puissance et de ma bonté, m'ont déjà tenté dix fois différentes par leurs défiances et leurs murmures, et qui n'ont point obéi à ma voix ;

23. Tous ces hommes, dis-je, ne verront point la terre que j'ai promise à leurs pères avec serment ; et nul de ceux qui m'ont outragé par leurs paroles ne la verra.

24. Mais pour ce qui est de Caleb, mon serviteur qui, étant plein d'un autre esprit, m'a suivi et a marché dans mes voies, je le ferai entrer dans cette terre dont il a fait tout le tour, et sa race la possédera.

25. Comme les Amalecites et les Chananeens habitent dans les vallées voisines, décampez demain, et retournez dans le désert par le chemin de la mer Rouge, afin que vous y soyez en assurance, étant éloignés de ces peuples que vous craignez.

26. Le Seigneur parla encore à Moïse et à Aaron, et leur dit :

27. Jusqu'à quand ce peuple impie et ingrat murmurerait-il contre moi ? J'ai entendu les plaintes des enfants d'Israël.

28. Dites-leur donc : Je jure par moi-même, dit le Seigneur, que je vous traiterai selon le souhait que je vous ai entendu faire.

29. Vos corps seront étendus morts dans ce désert.

30. Vous n'entrerez point dans cette terre, dans laquelle j'avais juré que je vous ferais habiter, excepté Caleb, fils de Jéphoné, et Josué, fils de Nun.

31. Mais j'y ferai entrer vos petits-enfants, dont vous avez dit qu'ils seraient la proie de vos ennemis, afin qu'ils voient cette terre que vous a dépit.

32. Et pour vous, vos corps seront étendus morts en cette solitude.

33. Vos enfants seront errants et vagabonds dans ce désert pendant quarante ans, y compris les deux années que vous y avez déjà été, et ils porteront la peine de votre révolte contre moi, jusqu'à ce que les corps morts de leurs pères soient consumés dans ce désert.

34. Selon le nombre de quarante jours, pendant lesquels vous avez considéré cette terre, en comptant

quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, et scietis ultionem meam :

35. Quoniam sicut locutus sum, ita faciam omni multitudinè hinc pessimæ, quæ consurrexit adversum me : in solitudine hæc deficiet, et morietur.

36. Igitur omnes viri quos miserat Moyses ad contemplantam terram, et qui reversi murmurare fecerant contra eam omnem multitudinem, detrahentes terræ quod esset mala,

37. Mortui sunt atque percussi in conspectu Domini.

38. Josue autem, filius Nun, et Caleb, filius Jephone, vixerunt ex omnibus qui perrexerant ad considerandum terram.

39. Locutusque est Moyses universa verba hæc ad omnes filios Israël, et luxit populus nimis.

40. Et ecce mane primo surgentes ascenderunt verticem montis, atque dixerunt : Parati sumus ascendere ad locum de quo Dominus locutus est, quia peccavimus.

41. Quibus Moyses : Cur, inquit, transgredimini verbum Domini, quod vobis non cedit in prosperum ?

42. Nolite ascendere : non enim est Dominus vobiscum : ne corrumpatis coram inimicis vestris.

43. Amalecites et Chananeus ante vos sunt, quorum gladio correctis, eo quod nolueritis acquiescere Domino, nec erit Dominus vobiscum.

44. At illi contenebrati ascenderunt in verticem montis. Area autem testamenti Domini et Moyses non recesserunt de castris.

45. Descenditque Amalecites et Chananeus, qui habitabat in monte : et percussit eos atque concidens, persecutus est eos usque Horma.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — MURMURATI SUNT, MURMURAVERUNT. Deut. 1, 27, additur eos dixisse : *Odit nos Dominus, et idcirco eduxit nos de terra Aegypti, ut traderet nos in manu Amorrhæi, atque deleret.*

VERS. 5. — IN HAC VASTA SOLITUDINE ETIAM PEREAMUS. Ita hæc legunt et conjungunt Hebr., Chald., Septuaginta et Latina Romana. Tollenda ergo est negatio non, et distinctio quam habent Biblia Plantiniana. Optarunt enim Hebræi hic mori in deserto : unde et Dominus votum eorum exaudiens, penam eandem quam postularunt, eis irrogavit v. 28, omnesque re ipsa confecti et sepelivit in deserto. Idque ita disposuit : quia omnes hi Hebræi enutriti fuerunt in Aegypto, ubi servierant quasi mancipia, ideoque timidi erant et pusillanimes, non habentes animos ad bella cum Chananeis gerenda : unde hæc filiorum, quos in deserto instruxit, et generosè educavit, reservavit. Ita Abulensis.

VERS. 4. — REVERTAMUR IN AEGYPTUM. Nota Hebræorum murmurantium stoliditatem. Redire enim in Aegyptum erat eis impossibile, tum ob defectum annonæ in deserto ; Deus enim rebellibus surum manna

une année pour chaque jour. Vous recevrez donc pendant quarante ans la peine de vos iniquités, et vous saurez quelle est ma vengeance, et si l'on m'irrite en vain ;

35. Parce que je traiterai en la manière que je le dis tout ce méchant peuple qui s'est soulevé contre moi ; il sera consumé dans cette solitude, et il mourra.

36. En effet, tous ces hommes que Moïse avait envoyés pour considérer la terre promise, et qui, en étant revenus, avaient fait murmurer tout le peuple contre lui, en décrivant cette terre comme mauvaise, moururent dans le désert, ayant été frappés par le Seigneur.

38. Et il n'y eut que Josué, fils de Nun, et Caleb, fils de Jéphoné, qui survécurent de tous ceux qui avaient été reconduits à la terre promise.

39. Moïse rapporta toutes les paroles du Seigneur à tous les enfants d'Israël ; et il y eut un grand deuil parmi le peuple, à cause de l'arrêt de mort que le Seigneur avait prononcé contre eux.

40. Mais le lendemain, s'étant levés de grand matin ils monterent sur le haut de la montagne, et passant de la défiance à la présomption, ils dirent à Moïse : Nous sommes prêts à aller au lieu dont le Seigneur nous a parlé : car nous avons péché en refusant de la faire.

41. Moïse leur dit : Pourquoi voulez-vous marcher maintenant contre la parole du Seigneur ? Ce dessein ne vous réussira point.

42. Cessez donc de vouloir monter (parce que le Seigneur n'est point avec vous), de peur que vous ne soyez renversés devant vos ennemis.

43. Les Amalecites et Chananeens sont devant vous, et vous tomberez sous leur épée, parce que vous n'avez point voulu obéir au Seigneur ; et le Seigneur ne sera point avec vous.

44. Mais eux, étant frappés d'aveuglement, ne laisserent pas de monter sur le haut de la montagne. Cependant l'arche de l'alliance du Seigneur, et Moïse, ne sortirent point du camp.

45. Les Amalecites et les Chananeens qui habitaient sur la montagne, les y voyant monter, descendirent contre eux, et les ayant battus et taillés en pièces, ils les poursuivirent jusqu'à la ville qui fut depuis appelée Horma.

COMMENTARIUM.

subtraxisset : tum quia rursùm eis transeundum fuisset mare Rubrum, aut certè illud circumveundum per gentes hostiles, quæ Hebræos per suos fines transire non permisissent. Ita Abulensis. Quare senior ille apud Sophronium in Prato spirit. cap. 208, fratri qui impugnabatur à tristitia dicens : Quid faciam ? quia cogitationes meae insurgunt contra me, dicuntque : Inutiliter et importunè renuntiasti seculo, salvari non potes ; prudenter respondit : *Scis frater, quia etiam non possumus terram promissionis ingredi, expedit nobis, ut eademus politus in deserto, quam ut revertamur in Aegyptum.* Nam, ut ait Cassianus l. 10, c. 25, *experimento probatum est, acedisse impugnationem non declinando fugiendam (si enim fugeris, sequitur, teque gratius impugnet), sed resistendo superandam esse.*

VERS. 5. — Quo (murmure populi volentis redire in Aegyptum) auditus Moyses et Aaron ceciderunt proni in terram, coram omni multitudine, videlicet ad deprecandum Dominum, ne immitteret vindictam in murmuratores, nisi fecerat in Sepulchris concupiscentie, c. 11, 35.

VERS. 8. — Si Propitius fuerit Dominus, inducet

NOS IN EAM. Vocula si, non est dobitantis, sed adstrictus rationem et modum victorie, scilicet quod Deus eam daturus esset Hebraeis, si ipsi Deum sequerentur, eoque niterentur: Deus enim certo promiserat eis hanc victoriam, imò possessionem Chanaan. Rursus, Deum esse Hebraeis propitium, facile ipsi videre poterant per manna, quod jugiter dabat, et per columnam quae eos ducebat; si enim haec eis gratis praestabat Deus, praestitisset utique et ingressum in Chanaan, quem promiserat.

VERS. 9. — RECESSIT AB EIS OMNE PRESIDIIUM. Hebr. recessit ab eis umbra eorum; umbra, id est, presidium, et, ut Chald. vertit fortitudo; quia sicut umbra nos à sole protegit in aestu, ita et presidium, protegit à periculis et hostibus. Deus ergo, qui hactenus Chanaanos conservaverat, jam ad adventum Hebraeorum subducebat eis suam protectionem, ut caderent coram Hebraeis. Septuaginta vertunt, recessit ab illis tempus, quod scilicet datum erat impiis Chanaanais ad regnandum et florendum, ait S. August. Sic numeratum et sublatum fuit tempus Balthasari, et monarchiae, Chaldaeorum, Dan. 5, 26. Notat hic S. Aug. Josue non dicere: Tempus recessit ab eis, et nostrum successit; sed: Dominus nobiscum est: Dominus scilicet, qui temporem omnium creator, ordinator et dispensator est.

Tradunt Hebraei sub hoc tempus in Chanaan mortuum esse S. Job, cujus precibus, dum viveret, placatus Deus parcebat Chanaanais: nunc autem illo mortuo, recesserat umbra eos protegens, puta merita et preces S. Job, omneque presidium: unde S. Hier. in Locis Hebr. ait tradi, in Carnea trans Jordanem fuisse domum S. Job; et Abulensis: Sepulcrum, ait, S. Job altè, structam in planitie Jordanis, in magno honore à Graecis et gentibus usque hodie permanet. Ita et Bredenbachius, Saligniacus, Boehardus, Adrichomius, et ex iis Pineda in Job. 1, v. 1, n. 27, tradunt quod terra Hus, sive Ausitis, in qua habitavit Job, fuerit in finibus Arabiae et Idumaeae in Traconitide regione, juxta Jordanem, in sorte quae postea tribui Manasse attributa est, ibique pyramidem ad sepulcrum S. Job, more veterum erectam, etiamnum ostendi juxta Suetam urbem. Rursus S. Job paulò ante egressum Hebraeorum ex Aegypto esse defunctum, ostendi Gen. 56, 35; imò alii volunt eum hoc ipso anno esse mortuum, uti dixi c. 10, 11.

VERS. 10. — ET MURMURANTIBUS RESISTEBANT VELLET OPPRIMERE.

APPARUIT GLORIA DOMINI, puta nubes lucida et gloriosa, significans Dei praesentiam et majestatem; ita 70 et Josephus.

SUPER TECTUM FOEDERIS, super tabernaculum foederis: est synecdoche.

VERS. 11. — USQUEQUO DETRAHEAT MIHI POPULUS ISTE? (detrahet, irritabit me, hoc enim est Hebraeorum niest) quo usque non credent mihi in omnibus signis? In, id est, per, vel propter omnia signa et portenta quae eis exhibiti: hebr. enim bet, id est, in, saepe significat per.

VERS. 22. — TE AUTEM FACIAM PRINCIPEM SUPER GEN-

TEM MAGNAM. Hebr. tantum est, faciam te in gentem magnam, ut scilicet gens magna ex te nascatur: sic enim Abraham dicitur factus in gentem magnam. Secundo, et genuit, faciam te in gentem magnam, id est, constituam te ducem super magnam multitudinem gentium, qui Hebraeis hisce tuis meliores et fortiores sint; ita enim vertit noster interpres.

VERS. 15. — UT AUDIAM AEGYPTI, q. d.: Si, ut miraris, Domine, deleas Hebraeos, consequetur, ut Aegyptii id audientes blasphemem nomen tuum, unde Sept. et Chald. pro ut, vertunt et, est aposiopesis ad pathos, tam Dei irati, quam Mosis, iram Dei brevi et leni hac suggestionem mollitens, significandum. Qui enim irà fervent, torrentes verborum et minarum effundunt, quibus vir prudens se non directè opponet, sed hinc inde leniter verbulum aliquod interjicit, quod eam mitigare possit.

VERS. 14. — QUOD TU, DOMINE, IN POPULO ISTO SIS, ET FACIE AD FACIEM (hebr. est, oculo ad oculum) VIDEAMUS: quod scilicet Hebraei clare te, et tuà praesentia fruantur, dum jugiter intuentur columnam nobis, quae te representat, quae et iter eis ostendit, et obumbras castra eorum, cum proficiscuntur, eaque ab aestu protegit, uti ostendi Exod. 15, 21.

VERS. 17. — MAGNIFICETUR ERGO FORTITUDO DOMINI. Magnificari duo significat: primò, magnum fieri; secundo, magnum apparere. Dei fortitudo major seculi nequit; habet enim in se omnem fortitudinem possibilem et imaginabilem, imò ultra quam quis imaginari potest; quia in se est immensa et infinita: ergo tantum magnificatur Dei fortitudo cum magna vel major nobis apparet, quasi dicat: Ostende, Domine, nobis, totique mundo magnam tuam fortitudinem, inducendum tuum populum in terram Chanaan, expulsis Chanaanais. Secundo, fortitudo hic sumi potest pro clementia, inquit Abulensis. Qui enim iram vincit, quique offensam hosti, quem punire potest, quemque in manu sua habet, ignoscit, hic magni, fortis et leonini est animi; hunc enim sensum videntur exposcere ea quae sequuntur: Sicut jurasti dicens: Dominus patiens, et multae misericordiae, etc. Verum melius haec ipsa, juxta priorem et proprium sensum, per aposiopesis sic expones, ut intelligantur haec verba: Idcirco ostende te nobis clementem et propitium; quasi dicat: Ostende, Domine, tuam fortitudinem, inducendum nos in Chanaan, ideoque ne irascaris, et perdas nos; sed ostende te talem, qualem te aliquando esse dixisti, imò jurasti, dicens Exodi 34, 6: Dominus patiens, et multae misericordiae, etc. In orationibus enim patheticis, afflicto multa concisè dicuntur, multaque tacentur, et in corde retinentur, dum affectus aliò rapit, quae auditori supplenda sunt. Discant hic à Mose principes et prelati, quam saepe ingrata, mobilis et temeraria sit plebs ei subdita, quamque ejus vitia tolerare et excusare debeant. Scipio Africanus, qui Annibalem devicit, ob callumias tandem à suis Rom. in exilium actus, rogatus quomodo quis se gerere debeat erga patriam ingratam, respondit: Sicut filius se gerit erga matrem egram. Themistocles à suis Atheniensibus expulsus fugit ad

Artaxerxem, quem antea oppugnaverat, dixitque ei: Abtere fortunam me potius ad probandam virtutem tuam, quam ad explendam iram; conservabis enim supplicem tuum, et perdes Graecorum hostem; verum cum Artaxerxes cum contra Graecos mitteret, ipse ne patriam oppugnaret, hansto taurino sanguine mortem oppetere maluit, natus an. 65.

Epiniondas, qui Thebas ad imperium eiecit, cum ultra tempus sibi decretum, repub. ita exigente, exercitum et imperium servasset, accusatus, et ad mortem postulatus à suis: Occidite, ait, me, sed sepulchro meo inscribite quid patriae praestiterim tum aliis, tum hac ipsa in causis. Testis est Plutarch. in eorum vita. Praeclarior fuerunt fideles. Theodosius imp. neminem eorum à quibus lasus fuerat, ultus est unquam; miranti id cuidam, dixit: Utinam eos in vitam revocare possem, qui jam dudum mortui sunt. Ad alium quemdam eadem proprie referentem, dixit: Nihil esse novi si quis homo cum sit, è vita excedat; unus autem Dei esse, eum qui seculum mortuus sit, per penitentiam ad vitam revocare. Ita Niceph. l. 14, c. 5.

S. Bernardus à quodam suo pugno percussus, cum alii in eum involvere vellent, inhibuit, dicens: Oportet eum alius ignoscere, cui toties à Deo ignoscitur. Testis est auctor Vita l. 5, c. 6.

SICUT JURASTI. Sicut testificatus es, sicut certò et firmiter affirmasti: nec enim hoc proprie jurasse legitur Deus, sed tantum dixisse Exodi 34, 6. Dei enim dicere, est virtute et implicitè jurare: quia jurare non est aliud quam Deum, qui infallibilis et prima est veritas, in testem vocare. Haec autem prima veritas loquitur, cum Deus loquitur: cum ergo loquitur Deus, tunc ipse reipsa dictis suis testimonium perhibet, itaque se quasi in testem vocat, et consequenter implicitè jurat, quia verborum suorum testis est, imò auctor et confirmator. Sic jurare sumitur pro constanter asseverare et promittere, Ps. 88, 4: Juravi David seruo meo usque in aeternum preparabo semen tuum: neque enim in libris Regum aut Paral. id jurasse legitur Deus, sed tantum promississe David; et Psal. 118, 406: Juravi (id est, statui) custodire judicia justitiae tuae.

VERS. 18. — NULLUMQUE INNOXIU DEBELINQUENS, q. d.: Omnes homines noxii et peccatores et sunt, et censentur apud te: omnes ergo indigent tuà misericordia. Posset secundo, innoxius hic, uti et Exodi 20, 7, significare impunitum, ut Hebraea littera, lic. uti et alibi, duplicem habeat sensum litteralem, et priorem expresserit interpres Exodi 34, 6, posteriorem hic. Vide dicta Exodi 34, 6.

QUI VISITAS PECCATA PATRUM IN FILIOS. Non quòd Moses hoc optet, cum contrarium postulet, sed quia Deus Exodi 34, 6, haec sibi epitheta dedit, iisque cum invocatur nominari voluit, idque ad prendendum, humiliandum, et metu Dei percellendum durum Judaeorum populum.

VERS. 21. — VITO EGO (id est, juro ego per vitam meam) ET (quòd) IMPLEBITUR GLORIA DOMINI UNIVERSA TERRA, quòd scilicet gloria Dei, quae apparuit in mirà

et potenti educatione vestri ex Aegypto, et continuà ejusdem gubernatione et protectione in deserto, dando scilicet manna peregrine, atque per etiam columnam itineris ducem, gloria, inquam, haec Dei deinceps non minuetur, sed perseverabit vobiscum, usque ad ingressum terrae promissae: itaque omnis terra hoc audiens, glorificabit nomen meum, puta meam in promissis praestandis bonitatem, fidelitatem, fortitudinem, etc., quomòdò nimirum haec gloria, puta gloriosus hic meus ducatus, spargetur per universam terram.

VERS. 22. — ATTAMEN. Hebr. est ki, id est, quòd, quia, quoniam. Unde Vatab. haec jungit praecedentibus, hoc sensu, q. d.: Implebitur gloria Domini universa terra, quae est, vel potius erit, quòd omnes hi, qui viderunt signa mea, et tamen murmurarunt contra me, morientur in deserto. Verum haec non est gloria, id est, gloriosa Dei clementia et benevolentia in Hebraeos, ut patet v. 20, sed potius terror, et terribilis vindicta Dei. Melius ergo noster vertit, attamen. Hebraeorum enim ki subinde adversativè sumitur, et est nota exceptionis, uti probat Forsterus in Lexico Hebraeo.

QUI VIDERUNT MAJESTATEM MEAM, non in se, sed per signa et portenta, quae majestatis meae indices et specula sunt.

ET TENTAVERUNT ME JAM PER DECEM VICES. Rabbini has decem Hebraeorum tentationes Dei sic enumerant, ut prima fuerit ad mare Rubrum, instante eis Pharaone, Exod. 14, 11. Secunda fuerit in Mara, ob inopiam aquae, Exodi. 15, 24. Tertia in Sin deficiente cibo, Exodi 16, 5. Quarta, cum contra preceptum Dei, asserarunt manna in crastinum, ibidem v. 20. Quinta, cum manna quiesceret in sabbato, contra jussum Domini, ibidem v. 27. Sexta, cum in siti peterunt aquam in Raphidim, Exodi 17, 2. Septima in Horeb, cum vitulum aureum confararunt, Exodi 32, 4. Octava, cum murmurarunt ob laborem itineris, num. 11, 1. Nona, cum flagitarent carnes et delicias Aegypti in Sepulcris concupiscentiae, ibid. v. 4. Decima hic, cum murmurarunt ob relationem exploratorum. Verum facilius et planius dici potest, hunc esse modum loquendi Script. familiarem, ut ponat numerum certum pro incerto, q. d.: decem vicibus, id est, saepius jam murmuravit hic populus.

VERS. 24. — SERVUM MEUM CALEB, QUI PLENUS ALIO SPIRITU, hono scilicet, obedientiae, magnanimitatis, fidei et spei, ad sperandum totam promissam, et ad confidendum bonitati et potentia Dei, cum promittentis; cum alii pleni essent spiritu malo inobedientiae, pusillanimitatis, infidelitatis et desperationis.

SECUTUS EST ME. Hebr. implevit post me, id est, plene me est secutus, dum meis promissis per omnia credidit et confisus est, atque magnitudinem potentiae meae ad delendum Chanaanos, et ad Hebraeos in Chanaan inducendum, contra alios omnes asseruit et propugnavit. Hisce enim actibus fidei, spei et charitatis colimus et sequimur Deum, teste S. August.

VERS. 25. — QUONIAM AMALEGITES ET CHANANEUS HABITANT IN VALLIBUS, GRAS MOVETE CASTRA, ET REVERTIMINI. Jam ante Exodi 17 incurrauerunt Hebraei in Ama-

licitas: sed quia terra Amalec secundum longitudinem extenditur à terrâ Chanaan, versus mare Rubrum, hinc ex Ægypto proficiscentes in Chanaan Hebræi, septus in Amalecitas, vel potius Amalecitate in Hebræos incurserunt: Chanaanæus autem populus, qui hic vocatur, non erat ex gentibus habitantibus in Chanaan, sed alius ab iis erat, habitans majori parte in vallibus, juxta desertum, in quo castrametabantur Hebræi, cuius rex fuit Arad, cum quo pugnârunt in deserto Hebræi, ut patet c. 21, 1. Jubet autem hic Deus, ut Hebræi propter Amalecitas et Chanaanæos recedant, eò quod ipsi invasuri essent Hebræos, ac superaturi eos, utpote ope Dei indignos, ac proinde ruituros coram hostibus suis: id ita evenisse patet v. 45.

ET REVERTIMINI IN SOLITUDINEM PER VIAM MARIS RUBRI. Perveuerant jam Hebræi in Bethma et Cades, atque vicinî erant terræ promissæ, tantumque inter eam et ipsos intererat montes Idumææ. Verum quia Dominus ipsos pro murmure puniens, per quadraginta annos vagari et mori volebat in deserto, hinc jubet eos redire ad solitudinem, per viam que alio itinere duceret ipsos rursus ad mare Rubrum: unde triginta secundâ mansione venerunt tandem in Asion-Gaber ad mare Rubrum. Graphicè hæc in suis tabulis describit, et ob oculos ponit Adrichomius.

Solitudo hæc, uti superius dixi, vastissima erat, in via, iniqua, sterilis, inarabilis, aspera, prærupta, torrida, obsitæ sabulo profundo, teatati et lubrico: in hæc pro sua penitentia, et ob murmur à Deo indictâ, vagati sunt Hebræi per 38 annos.

Vide hic quid mereatur murmur et rebellio, quamque Deo displicat, ac time, ne sicuti tot centena Hebræorum milia, ob murmur unicum, exclusi sunt terrâ promissâ, perieruntque ac sepulta sunt in hoc deserto, ita perierit et tu, si murmures, et inobediens sis Deo ejusque vicariis, caelo excludaris, ac sepelaris in gehennâ.

VERS. 29 ET 50. — OMNES QUI NUMERATI ESTIS (c. 1, v. 2) A VIGINTI ANNIS ET SUPRA, ET MURMURASTIS CONTRA ME, NON INTRABITIS TERRAM. Hinc patet omnes numeratos, scilicet eos qui erant 20 annorum et supra, murmurasse; ideoque omnes hic morte in deserto plectuntur. Ita Abul. Hæc sententiâ non comprehenduntur Levitæ et mulieres: item pueri, qui necdum erant viginti annorum. Hi enim non fuerunt numerati, ut patet c. 1, v. 2; et c. 2, 53; hi ergo hæc sententiâ et pena non plectuntur, ac poterunt ingredi terram promissam. Levitas etiam non murmurasse eum reliquis, colligitur aliqui ex eo, quod nullus ex illis tribu missus sit explorator: ita Andr. Masius Josue ult. v. 4. Ubi tamen nota, præter hosce numeratos, omnes alii, sive femina, sive masculi minores viginti annis, qui murmuraverunt, mortui sunt in deserto, æquæ ac numerati hi: hoc est enim quod dicitur v. 25: *Nec quisquam ex illis, qui detraxit militi, intuebitur eam.* Ita Abul. Lex tamen hæc tantum fertur in masculos, qui erant 20 annorum et supra: quia hos solos sententiâ hæc generalis designare et determinare poterat. Porrò hæc sententiâ intelligitur de illis qui erant viginti an-

norum, non cum lata est hæc sententiâ, sed cum facta est numeratio cap. 1, 2; hoc enim significat *non numerati*; ita Abul. Denique hi omnes ad mortem temporalem damnati fuere, non ad æternam; imò presentii redemerunt æternam, quicumque penitentes in gratiâ obierunt in deserto, ut patet de Mose et Aaron, qui exclusi sunt à Chanaan, sed aliam ob causam, de qua c. 20.

VERS. 50. — SUPER QUAM LEVAVI MANUM. Id est, pro qua, quasi elatâ in altum manu, juravi, quod eam vobis darem, Gen. 13, 18.

PRÆTER CALEB FILIUM JEPHONÆ, ET JOSUE FILIUM NUN. Hi duo ergo soli ex tot centenis armatorum millibus, ingressi sunt Chanaan, quia Deum secuti sunt.

Tropologicè, S. Greg. in psalm. 7 pœnit. in expositione quinti versic. in fine: Nullus, inquit, ad coelum venit, nisi prius per amorem spiritus, in novitate vitæ didicerit ambulare. Duo viri, Caleb videlicet et Josue, caput et corpus designant, Christum scilicet et Ecclesiam, qui soli ingrediuntur illam terram viventium. Caleb enim hebr. significat *omne cor*, aut *Præcep.* Jephonæ significat *conversionem*; Josue, *salvatore*: qui eam integrum erga Deum cor habent, illi conversionis sunt, per cohabitantem illis Jesum.

Alleg. sicut ex tot centenis millibus soli Josue et Caleb ingressi sunt terram promissam, ita ex tot centenis hominum millibus pauci salvantur, cunctique ad coelum. Cùm D. Bern. abbas Claretensis ex hæc vitâ migrasset, quod contigit anno Domini 1153, indictione 1, 13 Cal. Sept. ani. ætatis sue 44, horrenda visio Lingonensi episcopo facta est. Apparuit ei nuncquid Eremita quidam mortuus, quem viventem olim noverat, qui divino timore compunctus, ante aliquot annos, cùm esset Decanus dives et nominatus, omnia contemnens, eremitiorum pro Christi amore intravit. Quem cùm de statu suo et divini iudicii districtione interrogasset, ille respondit: *Età horâ, in quâ ego de corpore migravi, triginta hominum milia ab hæc luce transeverunt. E quibus Bernardus Claretensis Abbas, qui eadem horâ obiit, unâ mecum ad caelos evolavit, tres alii ad purgatorium missi sunt, ceteri omnes per sententiam justi iudicis condemnati, ad infernum perpetuè cruciandi descenderunt.* S. Simeon, et ex eo S. Nilus abbas apud Baron. tom. 10, anno Christi 976, ascenderunt ex decem millibus vix unam animam salvati.

Ex annalibus Franciscanorum refert noster Platus lib. 1 de Bono statû Relig. c. 3, Franciscanum quemdam nomine Beroldum, concionatorem insipientem, vi et spiritu dicendi mulierem peccatricem eò contritionis adæque, ut in concione mortua conciderit; hæc postea precibus ejus resuscitata, dixit: *Cùm apparui ad Dei tribunal, adducta sunt eò sexaginta animarum milia, quæ toto orbe de vitâ excesserant, atque ex his tres tantum adductæ fuerunt Purgatorio, reliquæ omnes ad ignem æternum damnatæ: unum autem ex Franciscanis Fratibus eodem quoque temporis articulo defunctum, per Purgatorii quidem locum transisse asseruit, sed tamen ibi non modo diutius non commo-*

ratur, verum etiam par animarum, quæ præcipuè cum eo amicitia conjunctæ fuerant, secum in caelum abduxisse. Quam densi ergo flocci nivis in hieme cadunt ex aere, tam densa hominum turba quotidie descendit ad tartara. O res miranda! ô hominum stupor! Quis hæc legens non expavescat? quis toto corpore non contremiscat? quis non decernat sanctè et piè vivere, sæque saluti consulere, et assecurare sibi, quod potest, cœli aditum? præsertim cùm audiat illud Christi: *Intrate per angustam portam, quia lata porta et spatiosa via est que ducit ad perditionem, et multi ingrediuntur per eam. Quàm angusta porta et arcta via est que ducit ad vitam, et pauci sunt qui inveniunt eam!* Math. 7, 15; et iterum: *Multi sunt vocati, pauci verò electi: hoc cogita, hoc recogita, hoc assidue meditare.*

VERS. 55. — FILII VESTRI ERUNT VAGI IN DESERTO ANNIS QUADRAGINTA. Noxiorem parentum innoxii filii, pro peccato et noxâ parentum, hic puniuntur quasi exilio quadraginta annorum. Verum hæc parvulorum non tam poena fuit, quam commodum: serviebat enim primò ad hoc, ut interim ipsi crescerent ad justam ætatem et robur, quò cum Chanaanæis confingere possent. Secundò, ut interim crescerent numero, quo parentibus morituris succedere, et Chanaanæam replere possent. Ita Abul.

ANNUS QUADRAGINTA. Nota primò. Ab egressu Hebræorum ex Ægypto usque ad ingressum in Chanaan, fluxerunt non 42 anni, ut habent Sept. Josue 5, 6, et ex iis S. Aug., sed 40 tantum, ut patet Josue 3, 6, in Hebr., Chaldee, et Latino textu. Idque rursus omnino convincitur ex Exodi 7, 7, collato cum Num. 33, 58, et Deut. ult. v. 7; imò, hi 40 anni non omnino integri fuerunt. Nam Hebræi egressi sunt ex Ægypto 15 die mensis primi, ut patet Num. 33, 5. Transierunt autem Jordanem, et ingressi sunt Chanaan, decimâ die mensis primi anni quadragiesimi primi ab egressu, ut patet Josue 4, 19; ergo desunt 5 dies ad explendum 40 annos. Unde nota secundò. Ab hoc murmure errarunt Hebræi per desertum, tantum triginta octo annos cum medio, aut circiter. Nam hæc exploratio, ob quam murmurarunt, contigit anno secundo ab egressu in Junio, ut dixi c. 13, 21.

Dices: Quomodo ergo hic non 58, nec 59, sed 40 anni numerantur? Respondent aliqui hos annos computandos esse ab egressu ex Ægypto. Verùm dico, eos computandos esse à missis exploratoribus, et murmure hoc, uti satis liquet hoc loco, et Ps. 94, 10; inde enim fuerunt 58 anni completi, et 59 inchoati, qui more Script. vocantur 40, quia Script. solet numerum perfectum exprimere, etiamsi à parte rei paulo major vel minor sit numerus. Sic vocantur 70 discipuli Christi, cum fuerint 72. Vide Riberam in Amos 5, n. 66.

Adde, fuisse præcisè 40 annos saltem inchoatos, si annum non sacrum, sed profanum accipias, qui incipiebat à Tisri, id est, à Septembri. Nam fuerunt 58 anni completi, cum septem vel octo mensibus. Jam hi menses fracti sunt: primi enim duo præcedebant Tisri primi anni; murmur enim hoc factum est in Julio,

puta quadagesimo die à missis exploratoribus: hi autem missi sunt in Junio. Unde duo primi menses usque ad Tisri pertinent ad primum annum, eumque in hæc numeratione constituent: inde ab uno Tisri ad alium continuò fluxerunt 58 anni integri. Rursum post hos 58 annos, fluxerunt à Tisri ultimo usque ad Martium, quo ingressi sunt Chanaan, sex menses, qui ad novum annum, puta quadagesimum pertinent: ita ergo 40 anni fuerunt, sed fracti tam in principio, quam in fine, juxta computum anni communis, sive profani.

R. Salomon hos 40 annos præfixos esse putat, ad ætatem eorum, qui morituri erant in deserto, complendam. Censet enim ipse neminem ex eis mortuum esse ante annum ætatis sexagesimum; ita ut qui cœtus compleverat annum sexagesimum, citius moreretur: ideoque hic præfixi annos 40, ut illi qui exierant de Ægypto anno ætatis vigesimo, morerentur anno quadagesimo ab exitu ex Ægypto (et iste erat eis sexagesimus annus) scilicet paulo antequàm alii juniores ingrederentur in Chanaan. Sed hæc ipsius de more sunt fragmenta, quæ nullo fundamento nituntur: unde hæc nullus refellit Abul.

ET PORTABUNT FORNICATIONEM VESTRAM, q. d.: Portabunt filii poenam fornicationis vestræ, id est, prævaricationis, ac declinationis à Deo et lege Dei. Sicut enim mulier à marito devians ad adulterum fornicari dicitur, ita fornicatur et anima, si à Deo et lege Dei, cui jure plusquam maritali obstringitur, deviet, præsertim si id fiat per idololatiam. Idololum enim est quasi alius maritus, ideoque quasi adulter animæ. Similis phrasit est e. seq. v. 30.

VERS. 54. — INIQUITATES, PRÆNAM INIQUITATUM.

ANNUS PRO DIE IMPUTABITUR, computabitur, q. d.: Sicut 40 diebus morati sunt exploratores in Chanaan, eam lustrando, ita proportionaliter manebitis, vos Hebræi, 40 annis in deserto, quia ipsi vos murmurare fecerunt: esto non omnibus istis 40 diebus ipsi murmuraverint, aut peccarint. Est enim hæc proportio in numero 40 non dierum culpæ ad annos poenæ, sed est congruitas quedam numeri dantis occasionem culpæ ad numerum intelligentem poenam. Ita Abul.

Moral. Glossa ex Origene: *Timeo, ait, hoc mysterium discutere; video enim quòd in hoc comprehenditur ratio peccatorum et poenarum: si enim cuique peccatori ascribitur annus ad poenam, pro unius diei peccato, verone ne fortè nobis, qui quotidie peccamus, nec ipsa fortè secula seculorum sufficere possint ad poenas luendas.*

VERS. 56 ET 57. — ITCUR OMNES VBI, etc., qui REVERSI MURMURARE FECERANT MULTITUDINES, etc., MORTUI SUNT ATQUE PERCUSSI IN CONSPECTU DOMINI. Omnes exploratores, præter Josue et Caleb, subitâ morte perituri fuerunt, coram Domino, id est, sententiâ à Deo in eos latâ, et plaga ab eo in ipsos inmissâ, ut omnes viderent iudicium et vindictam Dei super illos. Aliqui asserunt pestem in eos inmissam esse. R. Salomon ait quòd lingue eorum, quibus detraxerant terræ promissæ, inflatæ fuerint, et venenum stillarint, ipsique subito mortui sint. An id ita contigerit, an verò aliâ plaga percussis sint, novit Deus. Historia hæc respon-

det comminationi, eaque de causâ per anticipationem hic inseritur, antequam Moses minas Dei retulisset populo.

VERS. 59. — LOCUTUSQUE EST MOYSES UNIVERSA VERBA HEC AD OMNES FILIOS ISRAEL. Verba, scilicet sententiam mortis à Deo latam in omnes murmuratores ab anno 20 et suprâ v. 29.

ET LUXIT POPULUS NIMIS. Valdè, mirum in modum, tum ob sententiam hanc mortis in se latam, tum ob mortem miserabilem exploratorum, quam oculis conspexerant.

VERS. 40. — ET ECCE MANE PRIMO SURGENTES, ASCENDERUNT VERTICEM MONTIS, IDUMÆÆ, ut sic statim penetrarent in Chanaan. Ecce stulti dum fugiunt vitam, in contraria currunt: Hebræi ante aversi à Chanaan, jam in eam præcipites ruunt sine consilio, nutu et ope Dei, ideòque utrobique inobedientes, utrobique militantur et caduntur.

Appositum apologum narrat Cleobulus apud Plutarch. in Convivio septem sapientum: Luna, ait, à matre petit, ut sibi tunicam congruentem texeret. Cui mater: Quomodo id possim, cum jam te plenam, jam semplenam, jam conculcatam videam? Sic homini fatuo et vitioso nulla est mensura: stultus enim ut luna mutatur, nunc animosissimus est, nunc timidissimus, nunc parens, nunc rebellis. Verè dixit Valer. Max. l. 1: *Ducis in consilio posita est virtus militum.* Et Archidamus videns illum suum nimis temerè contra Athenienses pugnantem: *Aut vires, ait, tibi sunt augenda, aut minuenda audacia.* Et Phocion pugnantur contra Macedones, cum multi juvenes accurrentes suaderent ei ut in colle castra collocaret: *O Hercules, ait, quam multos duces, milites verò perpaucos!* notans juvenentem temeritatem, que duci præire conaretur, cum militis sit non dare consilium, sed exequi; testis est Plutarch. in Apoph. Apud Macedones injussu ducis arma capere, in ordines ire, aut hostes invadere, lege

CAPUT XV.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:
2. Loquere ad filios Israel, et dices ad eos: Cum ingressi fueritis terram habitationis vestre, quam ego dabo vobis;
3. Et feceritis oblationem Domino in holocaustum, aut victimam, vota solventes, vel spontè offerentes munera, aut in solemnitatibus vestris adolentes odorem suavitatis Domino, de bobus, sive de ovibus:
4. Offeret quicumque immolaverit victimam, sacrificium similia, decimam partem ephi, consperse oleo, quod mensuram habebit quartam partem hin:
5. Et vinum ad liba fundenda ejusdem mensuræ dabit in holocaustum sive in victimam. Per agnos singulos
6. Et arietes erit sacrificium similia duarum decimarum, que conspersa sit oleo tertie partis hin:
7. Et vinum ad libamentum tertie partis ejusdem mensuræ offeret in odorem suavitatis Domino.

militari severè cavebatur, ait Alexander ab Alex. l. 5, cap. 20: Philippus rex Archidamum mortu mactavit, quòd cum eum perseverare cum armis jussisset, ille deposuisset; testis est Elian. l. 14. Sub Lyandro classis Lacedæmoniorum prefecto, Dercyllides accusatus quòd ordines non servasset, ignominie causâ stare jussus est scutum præ se ferens. Hæc enim non servati ordinis pena est, inquit Xenophon.

PARATI SUMUS ASCENDERE AD LOCUM, DE quo DOMINUS LOCUTUS EST, QUI PERCAVIMUS; quasi dicant: Fuimus inobedientes Domino, jam facti nos poenitet, cupimus obedire Deo, nec cogitare de reditu in Ægyptum, sed statim per montes pervadere in terram promissam. Verùm rursùm peccant inobedientiâ: jusserat enim Dominus, ut revertenterent per viam maris Rubri.

VERS. 44. — AT ILII CONTENERATI (excecati inobedientiâ et cupiditate, penetrandi in Chanaan, nolentes acquiescere judicio Mosis) ASCENDERUNT IN VERTICEM MONTIS, in quo habitabant Chanaan et Amaleicæ, qui invadentes Hebræos ceciderunt. Facile enim erit eis alto loco positus, Hebræos egrè ascendentes dejicere et deturbare. Hinc prudentes belli duces captant et præoccupant loca edita, item secundum ventum, solem et pulverem. Hoc faciebat C. Marius insignis dux Romanorum, qui Cimbro devicit: ande cum Popidius Silo hostium dux Mario significaret: *Si es, o Mari, magnus imperator, veni, et prælio decerne;* respondit Marius: *Imò si tu es magnus imperator, coge me invitum decertare.* Ita Plutarch. in Mario.

VERS. 45. — PERSECUTUS EST EOS USQUE HORMA. Est prolepis: *Horma*, enim, id est, *anathema*, vocatur hic terra que postea à strage ibi edita ab Hebræis, vocata est *Horma*, Num. 21, 5. *Horma* ergo significat hic terminum, et limites terre, postea percussa ab Hebræis. Ita Abulensis. Alii putant hoc *Horma* alium esse locum, qui sequè ut ille c. 21, 5, dictus sit *Horma*, à clade hæc et anathemate Hebræorum.

CHAPITRE XV.

1. Le Seigneur parla à Moïse, et lui dit:
2. Parlez aux enfants d'Israël, et ditez-leur: Lorsque vous serez entrés dans le pays que je vous donnerai pour y habiter:
3. Et que vous offrirez au Seigneur, ou un holocauste, ou une victime pacifique, en vous acquittant de vos vœux, ou en lui offrant volontairement vos dons, ou en faisant brûler dans vos fêtes solennelles des offrandes d'une odeur agréable au Seigneur, soit de bœufs ou de brebis, ce sacrifice sera toujours accompagné d'une oblation de farine et d'une libation de vin; mais la quantité de la farine ou du vin sera plus ou moins grande, selon la qualité de la victime.
4. Quiconque donc aura immolé un agneau pour l'hostie, offrira pour le sacrifice de farine la dixième partie d'un éphi, mêlée avec une mesure d'huile, qui tiendra la quatrième partie du hin.
5. Et il donnera pour les libations la même mesure de vin, soit pour l'holocauste, soit pour la victime pacifique. Il donnera, dis-je, cette même mesure pour chaque agneau.
6. Mais pour chaque bœuf, il offrira en sacrifice deux dixièmes de farine mêlée avec une mesure d'huile de la troisième partie du hin.
7. Et il offrira pour les libations la troisième partie de la même mesure, comme un sacrifice d'une odeur agréable au Seigneur.

8. Quando verò de bobus feceris holocaustum aut hostiam, ut impleas votum, vel pacificas victimas,

9. Dabis per singulos boves similia tres decimas consperse oleo, quod habeat medium mensuræ hin:

10. Et vinum ad liba fundenda ejusdem mensuræ in oblationem suavissimi odoris Domino.

11. Sic facies

12. Per singulos boves, et arietes, et agnos, et hœdos.

13. Tam indigenæ, quàm peregrini,

14. Eodem ritu offerent sacrificia.

15. Unum præceptum erit atque judicium tam vobis, quàm advenis terræ.

16. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens:

17. Loquere filiis Israel, et dices ad eos:

18. Cum veneritis in terram quam dabo vobis,

19. Et comederitis de panibus regionis illius, separabitur primitias Domino

20. De cibis vestris. Sicut de arcis primitias separatis,

21. Ita et de pulmentis dabitur primitiva Domino.

22. Quòd si per ignorantiam præterieritis quidquam horum, que locutus est Dominus ad Moysen,

23. Et mandavit per eum ad vos, à die quâ cepti jubere, et ultra,

24. Oblitæque fuerit facere multitudo: offeret vitulum de armento, holocaustum in odorem suavissimum Domino, et sacrificium ejus æs liba, ut cæremone postulant, hircumque pro peccato:

25. Et rogabit sacerdos pro omni multitudine filiorum Israel: et dimittetur eis, quoniam non spontè peccaverunt, nihilominus offerentes incensum Domino pro se, et pro peccato, atque errore suo:

26. Et dimittetur universæ plebi filiorum Israel, et advenis qui peregrinantur inter eos: quoniam culpa est omnis populi per ignorantiam.

27. Quòd si anima una nesciens peccaverit, offeret capram anniculam pro peccato suo:

28. Et deprecabitur pro eâ sacerdos, quòd inscia peccaverit coram Domino: impetrabitque ei veniam, et dimittetur illi.

29. Tam indigenis, quàm advenis una lex erit omnium, qui peccaverint ignorantes.

30. Anima verò, que per superbiam aliquid commiserit, sive civis sit ille, sive peregrinus (quoniam adversus Dominum rebellis fuit), peribit de populo suo:

31. Verbum enim Domini contempsit, et præceptum illius fecit irritum: ideòrè delectabit, et portabit iniquitatem suam.

32. Factum est autem, cum essent filii Israel in solitudine, et invenissent hominem colligentem ligna in die sabbati,

33. Obtulerunt eum Moysi et Aaron, et universæ multitudini;

34. Qui recluserunt eum in carcerem, nescientes quid super eo facere deberent.

8. Mais lorsque vous offrirez des bœufs, ou en holocauste ou en sacrifice, pour accomplir vos vœux, ou comme des hosties pacifiques, pour remercier Dieu des grâces que vous aurez reçues, ou pour lui en demander de nouvelles,

9. Vous donnerez, pour chaque bœuf, trois dixièmes de farine mêlée avec une mesure d'huile de la moitié du hin;

10. Et vous y joindrez pour offrande de liqueur la même mesure de vin, comme une oblation d'une odeur très-agréable au Seigneur.

11. Vous en userez de même

12. Pour tous les bœufs, les bœliers, les agneaux et les chevreaux que vous offrirez.

13. Ceux du pays et les étrangers également

14. Offriront les sacrifices avec les mêmes cérémonies et les mêmes proportions.

15. Il n'y aura qu'une même loi et une même ordonnance, soit pour vous, soit pour ceux qui sont étrangers, et qui ont embrassé votre religion.

16. Le Seigneur parla à Moïse, et lui dit:

17. Parlez aux enfants d'Israël, et dites-leur:

18. Lorsque vous serez arrivés dans la terre que je vous donnerai,

19. Et que vous aurez mangé des pains de ce pays-là, vous mettez à part les prémices de ce pain que vous mangerez pour les offrir au Seigneur

20. Comme vous mettez à part les prémices des grains de l'aire,

21. Vous donnerez aussi au Seigneur les prémices de la farine que vous pétrirez pour manger.

22. Que si vous oubliez, par ignorance, de faire quelque-une de ces choses que le Seigneur a dites à Moïse,

23. Et qu'il vous a ordonnées par lui, dès le premier jour qu'il a commencé à vous faire ces commandements, et de peins,

24. Et si toute la multitude du peuple est tombée dans cet oubli, ils offriront un veau du troupeau en holocauste, d'une odeur très-agréable au Seigneur, avec l'oblation de la farine et des liqueurs, selon l'ordre des cérémonies que l'on vient de marquer, et un bouc pour le péché.

25. Et le prêtre priera pour toute la multitude des enfants d'Israël, et il leur sera pardonné, parce qu'ils n'ont pas péché volontairement. Mais quoique leur faute ne soit pas volontaire, ils ne laisseront pas néanmoins d'offrir l'holocauste au Seigneur pour eux-mêmes, pour leur péché et leur ignorance:

26. Et il sera pardonné ainsi à tout le peuple des enfants d'Israël, et aux étrangers qui seront venus demeurer parmi eux, parce que c'est une faute que tout le peuple a faite par ignorance.

27. Que si une personne particulière a péché par ignorance, elle offrira une chèvre d'un an pour son péché.

28. Et le prêtre priera pour elle; parce qu'elle a péché devant le Seigneur sans le savoir, et il obtiendra le pardon pour elle, et sa faute lui sera remise.

29. La même loi sera gardée pour tous ceux qui auront péché par ignorance, soit qu'ils soient du pays ou étrangers prosélytes.

30. Mais celui qui aura commis quelque péché par orgueil et par mépris pour la loi du Seigneur, périra du milieu de son peuple, soit qu'il soit citoyen ou étranger, parce qu'il l'a été rebelle au Seigneur.

31. Car il a méprisé la parole du Seigneur, et il a rendu vaine son ordonnance: c'est pourquoi il sera exterminé, et il portera la peine de son iniquité.

32. Or, les enfants d'Israël étant dans le désert, il arriva qu'ils trouvèrent un homme qui ramassait du bois le jour du sabbat.

33. Et l'ayant présenté à Moïse, à Aaron, et à tout le peuple,

34. Ils le firent mettre en prison, ne sachant ce qu'ils en devaient faire, jusqu'à ce que Moïse eût consulté le Seigneur.